# LEGENDA CHRISTIANI

VITA ET PASSIO
SANCTI WENCESLAI
ET SANCTE LUDMILE
AVE EIUS

Edidit, in linguam Bohemicam vertit,
commentariis auxit
Jaroslav Ludvíkovský

PRAGAE
1978

# KRISTIÁNOVA LEGENDA

ŽIVOT A UMUČENÍ
SVATÉHO VÁCLAVA
A JEHO BÁBY
SVATÉ LUDMILY

K vydání připravil, přeložil
a poznámkami opatřil
Jaroslav Ludvíkovský

PRAHA
1978

## Incipit vita et passio sancti Wenceslai et sancte Ludmile ave eius.

### ⟨PROLOGUS.⟩

Prol. Domino et ter beato sancte ecclesie Dei Pragensis secundo pontifici Adalberto humillimus et omnium monachorum nec dicendus infimus frater, solo nomine Christianus, in Christo Iesu prosperis successibus ad vota pollere.

Passionem beati Wenceslai simul cum ava sua beate memorie Liudmila, qui velut nova sidera lumine virtutum suarum patriam suam Bohemiam cum omni simul gente irradiant, diversis composicionibus et non pleniter disertam reperiens, dignum duxi, ut vestram sanctitatem, qui ex eodem tramite lineam propaginis trahitis, adirem, quo ex iussione vestra simul et licencia aliquo modo eam corrigerem, vel si qua deessent, hos, qui adhuc superstites essent, senes seu religiosos quosque, qui eorum gesta vel acie oculorum hausissent seu auditu aliorum narracione comperissent, percontarer atque hec adderem. Quod eciam sollicitus fui agere non iactancie cuiusdam causa, quippe cum omnimodis imperitus sim sermone et ab omni lepore verborum extraneus — quamvis si hec cuncta in promptu forent, moles tamen peccaminum ad merita tantorum propalanda devitaret. Sed quia inepcie nostre simul et pigricie maxime sunt, studiaque nostra, studiis scolasticorum comparata, studia esse desistunt, non desperans de venia ob enormitatem criminum, prout vires suffecerint, ex adiuvamine ipsorum sanctorum confidens, ut se res habeat, aggrediar exarare stilo.



## Počíná se život a umučení svatého Václava a jeho báby svaté Ludmily

### PŘEDMLUVA

Přeblaženému Pánu, svaté boží církve pražské druhému biskupu Vojtěchovi bratr nejpokornější a ani názvu posledního ze všech mnichů nezasluhující, křesťan toliko svým jménem Kristián, přeje v Kristu Ježíši, aby došel hojného a šťastného splnění svých modliteb.

Shledávaje, že umučení blahoslaveného Václava a jeho báby Ludmily blahoslavené paměti, kteří jako nové hvězdy ozařují světlem svých ctností vlast svou Čechy a všechen jejich lid, bylo vylíčeno neúplně a v skladbách sobě odporujících, pokládal jsem za vhodno obrátiti se k Vaší Svatosti, jenž z téhož rodu svůj původ odvozujete, abych z Vašeho rozkazu a s Vaším svolením toto líčení poněkud opravil, nebo kdyby v něm něco chybělo, abych se vyptal některých starců nebo mnichů, pokud ještě jsou na živu takoví, kteří skutky oněch světců na vlastní oči viděli nebo o nich z vypravování jiných slyšeli, a tím abych je doplnil. A nevěnoval jsem se této práci z nějaké touhy po slávě, poněvadž jsem zcela neznalý výmluvnosti a veškerá krása slov je mně cizí - ačkoli, i kdyby se mi toho všeho v hojnosti dostávalo, přece by mi tíha mých hříchů bránila v oslavení zásluh tak velikých světců. Jakkoli však má nedostatečnost a neschopnost je převeliká a jakkoli vzdělání mé, srovná-li se se vzděláním lidí učených, přestává býti vzděláním, přece neztráceje přes nesmírnost svých vin naděje na odpuštění a důvěřuje v pomoc právě těchto svatých,

Sed in primis hoc dicendum, quomodo si talium tamque precipuorum sanctorum atque ydoneorum testium Christi gleba in partibus Lutheringorum seu Carlingorum ceterarum vel Christianorum gencium contineretur, insignium miraculorum virtutibus vernans, olim gesta hec aureis, ut ita dixerim, apicibus depinxissent, responsoriorum cantilenam cum antifonis, adiectis sermonum exortacionibus, decorassent, cum plurimorum menibus cenobiorum, quamvis ipsi horum similium [sanctorum] martyrum, confessorum, virginum reliquorumque sanctorum exultent possidere venerabilia pignora. At nos horum carentes cunctorum, hos, ut ita fatear, post Deum solos habentes, quasi indigne tractamus eorumque de die in diem indigni virtutes videntes, veluti increduli manemus, eis servire dissimulamus. Hactenus de nostra desidia dixisse sufficiat.

Nunc vos deprecor, pontifex inclite et nepos carissime, ut qui me immeritum hoc opus subire fecistis, precibus aput communem patronum iuvetis, ut qui vos meritis suis ad pontificale decus conscendere statuit, dum vobis in futuro aput Christum dominum coronam glorie pro reportato lucro de creditis ovibus acquisierit, nobis saltem veniam criminum impetrare dignetur. Vestra eciam illustri sapiencia, quod nostra fatuitas insipienter ebullivit, obnixe petimus oblitterari atque doctrina vestra decorari. Auctoritate eciam vestra hec eadem firmare dignemini, quo saltem per parrochiam vestram scribatur legaturque.

Hiis itaque breviter prelibatis, ad gesta eadem propalanda accingamur, tam meritis beati martyris quam



pokusím se, pokud mé síly stačí, vypsati události tak, jak se vskutku staly.
Ale nejprve musím říci toto: Kdyby ostatky tak vynikajících svatých a tak hodných svědků Kristových, oplývající divy znamenitých zázraků, chovali v zemích Lotharovců nebo Karlovců anebo jiných křesťanských národů, byli by již dávno tyto události, abych tak řekl, zlatým písmem vylíčili a byli by je oslavili zpěvem responsorií a antifon a výmluvnými kázáními i stavbou mnohých klášterů, třebaže se sami mohou radovat, že mají ctihodné ostatky těmto podobných mučedníků, vyznavačů, panen a jiných svatých. Kdežto my, kteří světců vůbec postrádáme a jen tyto dva, abych tak vyznal, po Bohu máme, chováme se k nim jaksi nedůstojně, a ačkoli den co den vidíme, my nehodní, divy jimi způsobené, jakoby v nevíře setrváváme a jim sloužiti zapomínáme. Jen tolik budiž pověděno o naší netečnosti.

Nyní Vás snažně prosím, slovutný biskupe a nejdražší synovče, poněvadž jste mne nehodného přiměl k této práci, abyste mne podporoval modlitbami u společného našeho ochránce, aby on, jenž Vám dopomohl svými zásluhami dosáhnouti hodnosti biskupské, zatím co pro Vás v příštím životě získá u Krista Pána korunu slávy za užitek odevzdaný ze svěřených ovcí, mně ráčil vymoci aspoň odpuštění hříchů. Dále Vás naléhavě prosím, abyste svou znamenitou moudrostí zahladil na této mé práci to, co nemoudrého má pošetilost ze sebe vydala, a svou učeností abyste ji ozdobil. Také ji račte svým potvrzením opatřiti, aby aspoň ve Vaší diecési směla býti opisována a čtena.
Tolik tedy krátce předeslavše, přistupme, opírajíce se jak o zásluhy blahoslaveného mučedníka, tak o Vaše

precibus vestris suffulti, auxiliante domino nostro et salvatore Iesu Christo.

⟨1.⟩

Moravia, regio Sclavorum, antiquis temporibus fama memorante creditur et noscitur Christi fidem percepisse, Augustini, magnifici doctoris, ut aiunt, temporibus. Bulgri vel Bulgarii attamen longe ante eadem potiti fore referuntur gracia. Siquidem Quirillus quidam, nacione Grecus, tam Latinis quam ipsis Grecorum apicibus instructus, postquam Bulgri crediderant, aggressus est in nomine sancte Trinitatis et individue Unitatis eciam supradicte genti, Moravie degenti, fidem domini nostri Iesu Christi predicare. Et cooperante divina gracia, postquam illos Christo lucratus erat, eciam apices vel caracteres novas comperit et vetus novumque testamentum pluraque alia de Greco seu Latino sermone Sclavonicam in linguam transtulit. Missas preterea ceterasque canonicas horas in ecclesia publica voce resonare statuit, quod et usque hodie in partibus Sclavorum a pluribus agitur, maxime in Bulgariis, multeque ex hoc anime Christo domino acquiruntur.

Cumque quodam tempore memoratus Quirillus Romam causa oracionis adisset, a summo pontifice vel a reliquis sapientibus et rectoribus ecclesie redarguitur, ut quid contra statuta canonum ausus fuerit missarum sollempnia instituere canere Sclavonica lingua. Illo humiliter satisfaciente illis nec omnino mitigare eos valente, arrepto psalterio versum psalmigraphi in medium recitavit, quo dicitur: Omnis spiritus laudet Dominum. (Ps 150,6) Et ipse versui alludens: Si, inquit, omnis spiritus laudet Dominum, cur me, patres electi, prohibetis missarum celebritatem modulare Sclavonice seu



modlitby, k oslavení těch skutků, s pomocí Pána našeho a spasitele Ježíše Krista.

1

Morava, země slovanská, přijala, jak se podle ústního podání věří a uznává, víru Kristovu za dávných časů, za časů, jak se praví, slovutného učitele Augustina. Avšak Bulgrové neboli Bulhaři dosáhli prý této milosti již dávno před tím. Neboť nějaký Cyril, rodem Řek, vzdělaný stejně v písemnictví latinském jako v samém řeckém, když před tím Bulhaři víru přijali, jal se ve jménu svaté Trojice a nerozdílné Jednoty také národu svrchu řečenému, na Moravě bydlícímu, kázati víru Pána našeho Ježíše Krista. A když je získal Kristu, s přispěním milosti boží také nové značky nebo písmeny vynalezl a Starý i Nový zákon a ještě jiné knihy přeložil z řečtiny a latiny do jazyka slovanského. Mimoto ustanovil, aby se mše a ostatní kanonické hodinky zpívaly v kostele obecným jazykem, jak se až podnes v zemích slovanských namnoze děje, hlavně v Bulharsku, a mnoho duší se tím Kristu Pánu získává.

Když pak jednou přišel jmenovaný Cyril do Říma za pobožností, byl obviněn od papeže a od ostatních představených a správců církevních, že se odvážil proti kanonickým řádům ustanoviti, aby se bohoslužby zpívaly slovanským jazykem. Když se pokorně před nimi ospravedlňoval, ale nemohl jich vůbec obměkčiti, uchopil žaltář a přečetl veřejně přede všemi verš žalmistův, v němž se praví: Všeliký duch chval Hospodina. A poukazuje na tento verš, řekl: „Jestliže všeliký duch má chváliti Hospodina, proč mně, otcové vyvolení, bráníte zpívati služby boží

alia queque de Latino vel Greco verbo eorum vertere in sermonem? Si enim quivissem ullomodo subvenire populo illi, ut ceteris nacionibus, lingua Latina vel Greca, omnimodo id non presumpsissem. Sed cernens populum dure cervicis fore et omnino ydiotas et ignaros viarum Dei, solum hoc ingenium Omnipotente cordi meo inspirante comperi, per quod eciam multos illi acquisivi. Quapropter ignoscite mihi, patres et domini, siquidem et beatus Paulus apostolus, doctor gencium, in epistola ad Corinthios inquit: I C 14,39
Loqui linguis nolite prohibere. At illi hec audientes et admirantes tanti viri fidem, auctoritate sua statuunt et firmant suprascripto sermone partibus in illis missarum sollempnia ceterasve canonicas horas ymnizari.

Ipse autem beatus Quirillus inibi persistens monachicumque habitum suscipiens, diem clausit extremum, relinquens supra memoratis in partibus fratrem suum nomine Metudium, virum strennuum omnique decoratum sanctitate. Qui et postquam multos Christi domini manipulos in horreo congregarat, ab ipso principe, qui partibus in illis tunc dominabatur et imperabat universe terre ceu magnificus imperator, statuitur summus pontifex, habens sub se septem eiusdem sanctitatis pontifices. Sed quia ab ipso mundi exordio, vetiti postquam sumpsit amaritudinem prothoplastus pomi, seminarium discordie inter humilitatem et superbiam, inter dileccionem et odium et reliqua virtutum odoramenta viciorumque fetorem humani generis inimicus usque ad presens fundere non desistit, ac dolens populum suis semper serviciis mancipatum sibi subtrahi veroque regi Christo domino acquiri, totis nequiciarum armis indutus, novos satellites et ignaros ad tantam perfidiam bellandi adit, discordia-



slovansky nebo jiné texty překládati z latinského a řeckého znění do této řeči? Neboť kdybych byl mohl nějak pomoci onomu lidu, jako ostatním národům, jazykem latinským nebo řeckým, jistě bych se byl toho neodvážil. Ale pozoruje, že má ten lid tvrdou šíji a že jsou nevzdělaní a neznalí cest božích, jediné tento prostředek jsem nalezl, jejž všemohoucí Bůh vnukl srdci mému a jímž jsem jich také mnoho pro něho získal. A proto nemějte mi za zlé, otcové a páni. Vždyť i blahoslavený apoštol Pavel, učitel pohanů, v listě ke Korintským praví: Jazyky mluviti nezbraňujte." A tu oni slyšíce to a podivujíce se víře tak velikého muže, svým usnesením ustanovili a písemně potvrdili, aby se směly v oněch zemích mešní obřady a ostatní kanonické hodinky zpívati svrchu uvedeným jazykem.

Sám pak blahoslavený Cyril zůstal v Římě a obléknuv mnišský šat, dokonal tam poslední den svého života, zůstaviv ve svrchu řečených zemích bratra svého jménem Metoděje, muže horlivého a všelikou svatostí ozdobeného. A když tento mnoho snopů do stodoly Krista Pána shromáždil, je od samého vládce, jenž tehdy v onom kraji panoval a vládl veškeré zemi jako vznešený císař, ustanoven arcibiskupem, maje pod sebou sedm biskupů stejné svatosti. Ale jakož nepřítel pokolení lidského od samého počátku světa, od té chvíle, co první člověk okusil trpkosti zakázaného jablka, až do dnešní doby neustává rozsévati semeno nesvornosti mezi pokoru a pýchu, mezi lásku a nenávist a mezi ostatní vůně ctností a zápach neřestí, tak nyní těžce nese, že je mu odnímán lid, jenž byl stále podroben jeho otroctví, a že je získáván pro pravého krále Krista Pána. I oděje se všemi zbraněmi zloby, nové a neznámé pomocníky si k svému tak ničemnému boji získá, otrávené semeno svárů roz-

rum venenata semina inter ipsos primarios rectoresque iactitat, superbie ac avaricie ignita tela parat in tantum, ut Zuentepulc, qui erat nepos principis vel regis religiosi, qui institutor et rector tocius Christianitatis seu religionis benignus extiterat, ipsum avunculum suum insidiis appetitum regno pelleret, visu privaret vitamque eius veneno conaretur aufferre. Sed hausto ille pestifero potu, protegente se divina gracia, nil adversi patitur.

Dehinc Zuentepulc tyrannide suscepta, fastu arrogancie inflammatus, cum sibi militantibus sodalibus pontificis Metudii predicacionem mellifluam quasi respuit monitaque sacratissima non pleniter recepit, verum membra sua, scilicet plebem populumque suum, partim Christo, partim dyabolo servire exhibuit. Quapropter a pontifice beate memorie supra notato pagus eius cum habitantibus incolis anathemate percussa cum sulcis suis et fructibus diversis cladibus attrita usque in hodiernum diem deflet. Data est Ir 18,16
enim in direpcionem et captivitatem et predam et derisum et desolacionem et in sibilum universe carni gradienti per eam, quoniam non est societas luci ad tenebras nec convencio Christi cum Belial. Quorum exempla 2 C 6,14-15
nos quoque videntur respicere, qui eisdem passibus conamur incedere, quoniam qui domum vicini sui conspicit concremari, suspectus debet esse de sua.

⟨2.⟩

At vero Sclavi Boemi, ipso sub Arcturo positi, cultibus ydolatrie dediti, velut equus infrenis sine lege, sine ullo principe vel rectore vel urbe, uti bruta animalia sparsim vagantes, terram solam incolebant. Tandem pestilencie cladibus attriti, quandam phitonissam, ut



metá mezi samy vladaře a náčelníky a ohnivé střely pýchy a lakoty chystá, až Svatopluk, jenž byl synovec toho slavného vládce nebo krále, který se stal dobrotivým zakladatelem a vůdcem všeho křesťanství a náboženství, vlastního svého strýce úkladně přepadl, s trůnu ho svrhl, oslepil a pokusil se ho jedem o život připraviti. Ačkoliv však tento vypil smrtonosný nápoj, přece chráněn jsa boží milostí, neutrpěl žádné škody.

Potom Svatopluk, když se násilím zmocnil vlády, v záchvatu pýchy a zpupnosti společně se svou dvorskou družinou takřka pohrdl jako med plynoucím kázáním biskupa Metoděje a na jeho přesvatá napomínání plně nedbal, nýbrž dovolil svým údům, to jest lidu a národu svému, zčásti Kristu a zčásti ďáblu sloužiti. Proto byla jeho krajina a země i s lidmi ji obývajícími od svrchu uvedeného biskupa blahoslavené paměti dána do klatby a zkrušena na svých polích a plodinách rozličnými pohromami, takže až do dnešního dne proto úpí. Neboť byla dána v plen a zajetí, v kořist a posměch, v spuštění a potupu všelikému tělu chodícímu po ní, poněvadž není obcování světla s temnotami, ani smíru mezi Kristem a Beliálem. A tyto příklady vztahují se patrně i na nás, kteří se pokoušíme v týchž stopách kráčeti, poněvadž ten, kdo spatří hořeti dům souseda svého, musí míti starost o svůj vlastní.

2.

Ale Slované čeští, usazení pod samým Arkturem a oddaní uctívání model, žili jako kůň neovládaný uzdou, bez zákona, bez knížete nebo vládce a bez města, potulujíce se roztroušeně jako nerozumná zvířata, toliko širý kraj obývali. Konečně když byli po-

fama fertur, adeunt, postulantes spiritum consilii responsumque divinacionis. Quo accepto civitatem statuunt, nomenque inponunt Pragam. Post hinc invento quodam sagacissimo atque prudentissimo viro, cui tantum agriculture officium erat, responsione phitonisse principem seu gubernatorem sibi statuunt, vocitatum cognomine Premizl, iuncta ei in matrimonio supramemorata phitonissa virgine.

Sicque a clade et multiplici peste tandem eruti, dehinc a supra memorato principe ex sobole eius rectores seu duces preposuere sibi, servientes demoniorum simulacris et prophanis sacrificiorum ritibus bachantes, donec ad extremum dominatus eiusdem regni pervenit ad unum ex eisdem principibus ortum, vocitatum Borivoi.

Hic cum excellentissime forme et egregie iuventutis flore nitesceret, quodam tempore negocii sui populique sibi commissi causa ducem suum vel regem Zuentepulc Moravie adiit, a quo benigne suscipitur et ad convivium pariter cum reliquis adsciscitur. Verum sessionis ei locus inter Christicolas minime conceditur, sed ritu paganorum ante mensam pavimento iubetur insidere. Cuius presul Metudius iniurie condolens, fertur dixisse ad eum: Ve, inquit, quod tu talis tantusque haut erubescis a principalibus repelli sedibus, cum et ipse in fascibus ducatum obtineas, sed magis cupias ob nefandam ydolorum culturam cum subulcis humotenus incubare. At ille: Quid, inquit, ob huiuscemodi rem pericli pacior vel quid boni michi conferet Christianitatis ritus? Si, inquit presul Metudius, abrenunciaveris ydolis et inhabitantibus in eis demonibus, dominus dominorum tuorum efficieris, cunctique hostes tui subicientur dicioni tue et progenies tua cottidie augmentabitur velut fluvius maximus, in quo diversorum confluunt fluenta rivulorum. Et si, inquit



stiženi zhoubným morem, obrátili se, jak pověst vypravuje, k nějaké hadačce se žádostí o dobrou radu a o věštecký výrok. A když jej obdrželi, založili hrad a dali mu jméno Praha. Potom nalezše nějakého velmi prozíravého a důmyslného muže, jenž se jenom orbou zabýval, jménem Přemysla, ustanovili si ho podle výroku hadaččina knížetem nebo vladařem, davše mu za manželku svrchu řečenou pannu hadačku.

A když byli takto konečně vysvobozeni z rozličných ran morových, stavěli si v čelo po svrchu řečeném knížeti vladaře neboli vévody z jeho potomstva, sloužíce modlám a bůžkům a bujně slavíce oběti podle pohanských obyčejů, až nakonec vláda nad tou zemí připadla jednomu z rodu těchto knížat, jménem Bořivojovi.

Skvěje se květem vynikající krásy a mladistvé síly, navštívil tento jednoho času v nějaké záležitosti své a lidu sobě svěřeného svého vévodu nebo krále Svatopluka na Moravě a byl od něho laskavě přijat a pozván společně s ostatními na hostinu. Ale nebylo mu dovoleno usednouti mezi křesťany, nýbrž byl vyzván, aby se posadil po způsobu pohanů před stolem na podlahu. A tu prý mu řekl biskup Metoděj, jemuž bylo líto jeho ponížení: „Jaká běda, ty, muž tak vynikající, a nestydíš se, žes vyhoštěn ze sedadel knížecích, ačkoliv sám také vévodskou moc a hodnost máš, ale raději chceš pro hanebnou modloslužbu s pasáky sviní na zemi seděti." On pak řekl: „V jaké nebezpečenství bych se vydal pro tuto věc, nebo co dobrého by mi přineslo náboženství křesťanské?" „Jestliže se zřekneš model a zlých duchů v nich sídlících," pravil biskup Metoděj, „staneš se pánem pánů svých a všichni nepřátelé tvoji budou podrobeni moci tvé a potomstvo tvé každodenně vzrůstati bude jako převeliká řeka, do níž se vlévají proudy rozlič-

Borivoi, res se ita habet, que mora est baptizandi? Nulla, inquit pontifex, tantum paratus esto ex integro corde credere in Deum patrem omnipotentem eiusque unigenitum, dominum nostrum Iesum Christum et in Spiritum paraclitum, illuminatorem omnium fidelium, non tantum mundialis causa substancie, verum eciam capessende salutis tue anime pro aquirenda perhennitatis gloriosa palma atque percipienda societate sanctorum ineffabili leticia. His et huiuscemodi mellifluis exortacionibus accensa mens iuvenis estuabat graciam baptismi percipere, et ut ne ulla mora fieret, cum suis omnibus, qui eum comitabantur, terretenus pedibus pontificis advoluti, obnixius postulavere. Quid plura? Mane facto ipsum ducem cum suis triginta, qui advenerant, cathezizans, peractis ieiuniorum ex more sollempniis, sacrosancto baptismatis fonte innovavit pleniterque eum de fide Christi instruens, multis locupletatum donis ad propria redire concessit, tribuens ei venerabilis vite sacerdotem nomine Caych. Quique reversi in sua, in castello, cui vocabulum inerat Gradic, supradictum sacerdotem statuunt, fundantes ecclesiam in honore beati Clementis pape et martyris, multa detrimenta sathane ingerentes, populum Christo domino acquirentes.
Que cernens perfidus chelidrus, propriis armis sumptis antiqua bella repetit. Populum cunctum Boemorum in furorem principis accendit, eo quod paternos mores relinqueret et novam atque inauditam sanctitatis legem Christianorum arriperet. Surgunt adversus eum uno animo eademque sentencia suisque eum a finibus perturbare conantur, seu eciam vitam auferre moliuntur. Quo agnito princeps sese ab eis removit rursusque regem Zuentepulc seu pontificem Metudium Moravie repetivit. A quibus clarissime et ut decebat suscipitur, aliquantulumque aput eos degens,



ných potoků." I řekl Bořivoj: „Jestliže tomu tak jest, co překáží, abych byl pokřtěn?" „Nic," pravil biskup, „jen buď hotov z celého srdce věřiti v Boha Otce všemohoucího a jeho Syna jednorozeného, Pána našeho Ježíše Krista, a v Ducha Utěšitele, osvětitele všech věřících, nejenom pro světské blaho, ale i pro spásu své duše, aby sis získal slavnou palmu věčnosti a stal se účastným společenství svatých v nevýslovné radosti." Tímto a podobným, jako med plynoucím povzbuzováním roznícená mysl jinochova prahla přijmouti milost křtu, i vrhnuv se s celou svou družinou na zem k nohám biskupovým, velmi snažně ho prosil, aby se tak bez prodlení stalo. Nač třeba více slov? Druhého dne poučil vévodu i s třiceti dvořany, kteří s ním přišli, o základech víry, a když podle obyčeje vykonali obřadný půst, obrodil je přeposvátným pramenem křtu. A když jej ve víře Kristově plně vzdělal, dovolil mu, obohativ ho mnohými dary, aby se vrátil domů, a dal mu s sebou kněze ctihodného života jménem Kaicha. Navrátivše se pak domů, usadili řečeného kněze na hrádku, jehož jméno bylo Hradec, a založili tam kostel ke cti blahoslaveného Klimenta, papeže a mučedníka, satanovi mnoho škod působíce a lid Kristu Pánu získávajíce.
Když to pozoroval onen věrolomný had, chopiv se svých vlastních zbraní, hleděl obnoviti starý boj. Ve veškerém lidu českém roznítil vzpouru proti knížeti, protože prý opouští otcovské mravy a přijímá nový a neslýchaný křesťanský zákon svatosti. Povstanou proti němu svorně a jednomyslně a snaží se ho vypuditi ze země, ba pokoušejí se i života ho zbaviti. Když to kníže poznal, odešel od nich a znovu se uchýlil na Moravu ke králi Svatoplukovi a k biskupu Metodějovi. I byl od nich přijat s velkou slávou a jak se slušelo a přebývaje u nich po nějakou dobu,

perfeccius doctrinam Christi nanciscitur. At vero plebs prefata in nequicia sua permanens, quendam ducem Ztroymir, nomen cuius in Latinum vertitur sermonem: rege pacem, qui aput Theutonicos profugus exulabat gente ex sua, missis legatis, ad propria eum reducunt sibique principem statuunt. Verum quoniam Veritas minime fallitur, que ait in ewangelio: Omnis plantacio, quam non plantavit pater meus (Mt 15,13) celestis, eradicabitur, ipsa cooperante dissipatum est consilium pravorum velociter. Nam isdem eorum electus dux licet ex eisdem genitus foret, diuturna tamen exulacio eum proprii privaverat labii eloquio. Quapropter a suis electoribus reicitur, se ipsos primum accusantibus, videlicet quod talem sibi elegissent, cuius neque vocem neque sermonem nossent haurire, quorumque clamores aures eius, ignaras lingue sue, penetrare non valerent. Et quoniam Dei Providencia disponente supramemoratus princeps Borivoi plurimos amicorum inibi secedens reliquerat, agitur eorum consilio, ut animus furencium plebium erga benignum rectorem mitigaretur atque adversus invasorem perfidum toto annisu instigaretur ad necem. Verum quoniam pars quam maxima perfidorum tyranno favebat, ineunt consilium partibus ex utrisque, quo civitatem metropolim, Pragam scilicet, egredientes, in campo, quid sibi gerendum foret, perquirerent. Sed perfida pars perfidorum perpere agens, arma secum loricasque occulte in eundem campum deferens, piorum adversus partem signum occultum necis inter se condixit, scilicet ut si ibi, qui ex parte principis Borivoi erant, eis assentire nollent, quilibet eorum excelsa voce occultum in medio proclamaret signum, inquiens: Variemus, variemus nos!, sicque iam loricis et galeis, quas abscondite tulerant, induti, universos sibi contradictores frameis necarent.



seznámil se dokonaleji s naukou Kristovou. Ale svrchu řečený lid, setrvávaje ve své nepravosti, nějakého vévodu Strojmíra, jehož jméno se do latiny překládá rege pacem, a který uprchnuv ze své země žil jako vyhnanec u Němců, přivede zpět domů, vypraviv pro něho poselství, a ustanoví si ho knížetem. Ale protože Pravda se nikdy neklame, kterážto praví v evangeliu: „Všeliké štípení, jehož neštípil Otec můj nebeský, vykořeněno bude“, s jejím přispěním byl rychle zmařen záměr nešlechetníků. Neboť ten vévoda, kterého si vyvolili, ačkoli z nich pocházel, zapomněl v dlouhém vyhnanství mluvit svou rodnou řečí. A proto je zavržen od svých vlastních volitelů, kteří především sami sebe obviňovali, že si zvolili takového člověka, jehož hlasu ani řeči nejsou s to rozuměti a k jehož uším neznalým jejich jazyka nemůže proniknout jejich volání. A protože řízením prozřetelnosti boží svrchu vzpomenutý kníže Bořivoj tam zanechal při svém odchodu přemnoho přátel, jedná se v jejich radě o tom, jak by se ukrotilo smýšlení lidu rozlíceného proti laskavému vladaři a jak by se popudilo vší mocí proti zrádnému vetřelci k jeho záhubě. Ale protože velká většina zrádců přála tyranovi, dohodnou se obě strany na tom, že vyjdou z metropolitního města, totiž Prahy, a že uváží na sněmovním poli, co by měly činiti. Ale zrádná strana zrádců, křivě jednajíc, vzala si s sebou na to sněmovní pole tajně zbraně a krunýře a smluvili se mezi sebou proti straně spravedlivých na tajném znamení k vraždě, aby totiž někdo z nich, nebudou-li se stoupenci Bořivojovi tam s nimi chtít dohodnout, hlasitě a veřejně provolal tajné heslo, řka: Proměňme se, proměňme se!, a tu aby oblečeni již v krunýře a přilby, které si vskrytu přinesli, pobili svými meči všechny své odpůrce. Ale tento jejich ničemný záměr nezůstal

Quod consilium eorum pessimum minime partem Borivoi latuit, itaque et ipsi loricis sub tunicis induti procedunt in campum pro definiendo statu principis. Cumque parti Ztroymir non placuisset consultus partis Borivoi, unus eorum vocem in altum elevans, proclamat: Heia, nostri, variemus nos! Qua voce hausta et cognita, pars Borivoi, que loricata sub tunicis advenerat: Bene, inquit, bene dixisti, ecce nunc diversis coloribus apparebis variatus. Sicque ferro obtruncato cunctos eius socios fugam inire coegerunt eorumque falsum principem patria pepulerunt; Moravie dehinc properantes, pristinum ducem reducentes, loco proprio restituunt. Quoniam vero isdem princeps Moravie degens, omnipotenti Deo votum voverat, videlicet quo, si eum Dominus ad propria cum honore reduceret, basilicam in honore beate Dei genitricis et perpetue virginis Marie edificaret, reversus sine mora votum suum implere studuit in ipsa civitate Pragensi. Hic primus fundator locorum sanctorum congregatorque clericorum et tantille, que tunc fuit, religionis institutor extat.

⟨3.⟩

Habuit eciam et uxorem nomine Liudmilam, filiam Slaviboris comitis ex provincia Sclavorum, que Psou antiquitus nuncupabatur, nunc a modernis ex civitate noviter constructa Mielnik vocitatur. Que sicut par ei fuerat in errore gentilitatis, immolando simulacris, ita et in religione Christiana imitando, immo precellendo virtutes sui viri, facta est vere Christi famula. Suscepit autem ex ea sepe memoratus princeps tres filios totidemque filias, et ut ei beatus Metudius prophetico ore predixerat, cottidianis incrementis cum omni gente sua regnoque augmentabatur. Per-



nikterak utajen straně Bořivojově a tak i tito obléknuvše si pod šatem krunýře, vyjdou na sněmovní pole, kde se mělo rozhodnout o ustanovení knížete. A když se straně Strojmírově nelíbila rada strany Bořivojovy, jeden z nich povýšiv svůj hlas zvolá: Hej, našinci, proměňme se! Když však uslyšeli a poznali ten hlas straníci Bořivojovi, kteří přišli v krunýřích pod šatem, zvolají: Dobře, dobře jsi řekl, hle, nyní se ukážeš v pestrých barvách proměněn. A tak sklávše ho mečem obrátili všechny jeho druhy na útěk a jejich nepravého knížete vyhnali z vlasti. Potom pospíšivše na Moravu, přivedou dřívějšího vévodu zpět a znovu ho dosadí na jeho místo. Poněvadž pak tento kníže, když dlel na Moravě, učinil Bohu všemohoucímu slib, jestliže ho Pán přivede se ctí zpět do vlasti, že postaví basiliku ke cti blahoslavené matky boží a věčně neporušené Panny Marie, když se vrátil, bez prodlení hleděl splniti svůj slib na samém hradě Praze. Ten platí za prvního budovatele míst svatých, shromažďovatele kněží a zakladatele víry křesťanské, tenkrát ovšem ještě nepatrně rozšířené.

3.

Měl také manželku jménem Ludmilu, dceru knížete Slavibora, z kraje slovanského, který se dříve jmenoval Pšov a který dnešní lidé nazývají nyní podle nově vystavěného hradu Mělnickem. A jako se mu tato rovnala v bludu pohanském, obětujíc modlám, tak také napodobujíc ho v náboženství křesťanském, ba vynikajíc ctnostmi nad ctnosti svého muže, stala se vstkutku služebnicí Kristovou. Měl pak s ní často jmenovaný kníže tři syny a tolikéž dcer, a jak mu blahoslavený Metoděj prorockými ústy předpověděl, každodenně více moci nabýval i s veškerým svým ná-

actoque temporis sui cursu, plenus dierum bonitateque, diem clausit ultimum, tricesimum quintum vite sue complens annum. Suscepitque pro eo regnum eius primogenitus filius Spitigneu, cunctis virtutibus bonitatis famaque sanctitatis admodum fulgens. Imitator siquidem patris factus, fundator extitit ecclesiarum Dei, congregator sacerdotum clericorumque, perfectusque in fide Christi, peractis vite sue annis XL, luce ex hac migravit, astra petens. Cuius post transitum frater eius Wratislau regni suscepisse dinoscitur gubernacula, ducens uxorem nomine Dragomir, ex provincia Sclavorum paganorum, que Ztodor dicitur, Iezabeli illi assimilandam, que prophetas malicia sua trucidavit, seu Eve, prothoplasti uxori, que Cain et Abelem enixa est. Siquidem Dragomir peperit ex ipso principe natos binos, unum vocitatum Wenceslau, alterum vero Boleslau. Sed hec locum suum prestolantur.

Igitur religiosa matrona Liudmila viduata viro, orbata iam filio uno maiore, in domo propria consistens, memorans pristine ignorancie errorisque, cottidie cum lacrimis preterita deflebat crimina. Et sicut R 6,19-21
antea exhibuerat membra sua servire immundicie et iniquitati ad iniquitatem, ita demum exhibebat eadem servire iusticie in sanctificacionem, dicens illud apostoli: Quem fructum habui tunc in illis, in quibus nunc erubesco?

Testantur hec inopie pauperum frequenter sublevate ab ea, quorum indigenciis ut mater obsequebatur, esurientes alens, sicientes refocillans, peregrinos et egenos vestimentis tegens. Testantur eciam clerici, quos devota mente ceu natos proprios procurabat. Cunctis eciam hiis silentibus testantur case Christi, quas diversis ditavit opibus auri et argenti, non ut quibusdam moris est, ex rapinis vel substancia egen-



rodem a knížectvím. A dokonav běh času svého a naplniv dobrými skutky své dni, uzavřel den poslední dovršiv třicátý pátý rok svého života. I ujal se po něm vlády jeho prvorozený syn Spytihněv, všelikými ctnostmi dobré povahy a pověstí svatosti nadmíru se skvící. Neboť napodobuje svého otce, zakládal chrámy boží, shromažďoval kolem sebe kněze a kleriky, jsa dokonalý ve víře Kristově a dovršiv čtyřicet let svého života, odešel z tohoto světa k hvězdám. Po jeho smrti se ujal správy knížectví, jak známo, bratr jeho Vratislav, jenž měl manželku jménem Drahomiř, ze Stodoran, země pohanských Slovanů, kterou třeba přirovnati k oné Jezabel, jež ve své zlobě vraždila proroky, nebo k Evě, manželce prvního člověka, která porodila Kaina a Abela. Neboť Drahomiř povila tomuto knížeti dva syny, jednoho jménem Václava, druhého pak Boleslava. Ale o tom bude řeč až na příslušném místě.

Tedy zbožná paní Ludmila, ovdověvši a ztrativši již i staršího ze svých synů, zůstávala ve svém domě, vzpomínajíc své dřívější nevědomosti a bludů, a každodenně v slzách oplakávala minulé hříchy. A jako dříve dovolovala svým údům sloužiti nečistotě a nepravosti pro nepravost, tak nyní je přiváděla k službě spravedlnosti pro posvěcení, říkajíc s apoštolem: „Jaký užitek jsem měla tehdáž z toho, zač se nyní stydím?"

O tom svědčí to, jak zmírňovala často bídu chudých, jimž jako matka v nedostatku pomáhala, hladové živíc, žíznivé osvěžujíc, cizince a nuzné šatem odívajíc. Svědčí o tom také kněží, o něž se obětavě starala tak jako o vlastní syny. A kdyby tito všichni mlčeli, dosvědčují to příbytky Kristovy, jež obohatila poklady zlata a stříbra, nikoli, jak někteří činí, z loupeží a z majetku nuzných, ale z majetku, jenž

cium, sed de sibi collata a Deo substancia. Pia atque mansueta in cunctis, omnibusque benevolencie fructibus repleta, in elemosinis larga, in vigiliis pernox, in oracione devota, in caritate perfecta, in humilitate profusa, in obsequiis servorum Dei succincta tantum, ut quibus diurne lucis solacium minime adimplere valeret, noctis in latibulo domesticorum per manus solacia allegare desudaret, ewangelicum implens illud, quo iubetur agapen agere ignorante sinistra nostra, quid faciat dextra. Verum cuncta virtutum eius Mt 6,3 insignia stilo si conemur depingere, lux diurna nobis ante deficiet quam pagina. Et quidem ianua domus eius nocte dieque omni transeunti patuit, ita ut cum beato Iob proclamare valeret: Ostium meum viatori Iob 31,32; 29,15 patuit, oculus fui ceco et pes claudo — mater orphanorum, viduarum consolatrix, vinctorum seu carceratorum indefessa visitatrix et in cunctis operibus perfecta bonis.

Igitur, uti prelibavimus, cum prefatus dux Wratislau in regno fratris sui defuncti succederet, firmato regno basilicam in honore beati Georgii martyris statuit, sed morte preventus, eius consecracionem diu desideratam minime perspexit. Filium vero suum etatis preeuntis Wenceslaum estuantis animi in lege divina litteris imbuendum tradiderat in civitatem, que Budecz nuncupatur, ubi ab antecedente fratre suo Spitigneo in honore principis apostolorum beati Petri consecrata inerat et inest ecclesia. Cumque sagax ingenio cuncta, que a pedagogo sibi tradita forent, Spiritu sancto inspirante, alte memorie contraderet, genitore interim ex hac vita migrante annorum fere triginta trium, revocatur metropolitanam in urbem Pragam, sedemque in paternam ab omni plebe sublimatur. Sed quoniam puericie vel adolescencie nec-



jí byl od Boha svěřen. Byla zbožná a mírná ve všem a všelikých plodů laskavosti plná. V almužnách byla štědrá a v nočních pobožnostech vytrvalá, v modlení nábožná, v lásce dokonalá, v pokoře mezí neznající, v péči o sluhy boží tak pohotová, že těm, kterým nestačila poskytnouti pomoci za denního světla, horlivě ji posílala v temnotách noci po svých služebnících, naplňujíc onen příkaz evangelia, podle něhož máme udělovati almužnu tak, aby nevěděla naše levice, co dělá pravice. Avšak kdybychom chtěli všechny projevy jejích ctností pérem vylíčiti, dříve by se nám nedostávalo světla denního než stránek knihy. Neboť dveře jejího domu byly dnem i nocí otevřeny pro každého, kdo šel kolem, takže mohla s blahoslaveným Jobem volati: „Dveře mé byly otevřeny pocestnému, okem bývala jsem slepému a nohou chromému" — tato matka sirotků, utěšitelka vdov, neúnavná navštěvovatelka spoutaných a uvězněných, ve všelikých dobrých skutcích dokonalá.

Když se tedy, jak jsme už poznamenali, jmenovaný vévoda Vratislav ujal vlády po svém zemřelém bratru, upevniv své panství, založil basiliku ke cti blahoslaveného Jiří mučedníka, ale byv překvapen smrtí, nespatřil jejího posvěcení, po němž dlouho toužil. Svého pak staršího syna Václava, hocha vroucí mysli, dal na vzdělání v zákoně božím a v písmě na hrad, jenž se nazývá Budeč, kde byl a je kostel zasvěcený od jeho bratra a předchůdce Spytihněva ke cti knížete apoštolů blahoslaveného Petra. A když, bystrého jsa rozumu, všechno, co mu učitel vykládal, přispěním Ducha svatého hluboko do paměti si vštípil a když mezitím jeho otec asi v třiatřiceti letech z tohoto světa odešel, byl povolán do hlavního hradu Prahy a na stolec otcovský od všeho lidu byl povýšen. Ale poněvadž ještě neodrostl věku chlapeckému nebo jinoš-

dum perfecte florem inundaverat, inito cuncti satrape prudenti consilio, beate memorie Liudmile, Christi famule, ducem ipsum rudem cum fratre suo Boleslao educandos commiserunt, donec illis robur etatis favente Deo accresceret.

Quo viso mater supradictorum puerorum, que viduata viro solio eiusdem utebatur, dyabolo instigante totum venenosi pectoris animum in famulam Dei Liudmilam accendit, malisque suspicionibus artatur, estimans ob educacionem iuvenum, quos socrui sue cunctus commiserat populus educandos, se regno rebusque privari, illamque sibi dominatum nanciscituram universum, initoque perversissimo cum viris Belial consilio, toto annisu eam extinguere molitur. Venerabilis autem et devota Christi famula Liudmila hoc agnito, humilitatis atque paciencie arripiens arma contra arrogancie stimulum, per internuncios mandare studuit nurui, inquiens: Non aliqua regni tui porcio male blandientis cupiditatis animum invasit meum neque tui dominacionem cupio ullam habere. Recipe filios tuos, et ut animo libet, regna cum illis, michimet vero libertatem concede serviendi omnipotenti Christo, quocunque tibi locorum placet. Verum ut adsolet fieri semper, ut in quantum se humilitas pro Deo incurvaverit, in tantum se arrogancie fastus, dyabolo inpingente, erigat, mitissimam atque benignissimam precem sancte Liudmile ductrix, nurus videlicet sua, non solum suscipere, verum insuper audire contempsit. Quod cernens Christi famula, memorans illud apostolicum: Nolite resistere malo, sed R 12,19 date locum ire, et illud ewangelicum: Si persecuti vos Mt 10,23 fuerint in civitate ista, fugite in aliam, a civitate metropolitana se cum suis auferens, castellum quoddam haut longe positum, cui vocabulum inest Tetin, adiit, tanto se virtutum gemmis ornans, quanto cer-



skému, všichni velmožové, pojavše moudrý záměr, svěřili mladého vévodu i s jeho bratrem Boleslavem Ludmile blahoslavené paměti, služebnici Kristově, na vychování, dokud by s pomocí boží nedosáhli síly dospělého věku.

Když to však uviděla matka řečených hochů, jež ovdověvši, užívala vladařské moci svého muže, z popudu ďáblova vzplála veškerým hněvem jedovatého srdce proti služebnici boží Ludmile a zlým podezřením byla svírána, domnívajíc se, že skrze výchovu jinochů, kterou svěřil všechen národ její tchyni, bude sama zbavena vlády a majetku a tato že si získá veškerou vladařskou moc. I dohodnuvši se se syny Beliálovými na přehanebném záměru, hledí vší mocí ji zahubiti. Ale ctihodná a zbožná služebnice Kristova Ludmila to poznala, a chápajíc se zbraně pokory a trpělivosti proti ostnu pýchy, dala po prostřednících vzkázati své snaše toto: „Po žádném podílu na tvé vládě nezatoužila má duše zlákána zlou žádostivostí, ani nechci panovati nad tebou. Vezmi si své syny, a jak je ti libo, s nimi vládni, mně však dopřej volnosti, abych sloužila všemohoucímu Kristu, na kterémkoli chceš místě.“ Ale jakož se vždycky stává, že čím více se pokora podle vůle boží ponižuje, tím více se pýcha ďáblem podněcovaná vypíná, tak velmi vlídnou a laskavou prosbu svaté Ludmily její snacha, vévodkyně, nejen s pohrdáním odmítla splniti, ale vůbec vyslechnouti. Když to viděla služebnice Kristova, pamatujíc na slova apoštolova: „Neodporujte zlému, ale dejte místo hněvu,“ a na slova evangelia: „Když se Vám budou protiviti v tom městě, utecte do jiného,“ odešla se svými lidmi z hlavního hradu a odebrala se na nedaleký hrádek, jenž se nazývá Tetín, tím více se ozdobujíc drahokamy ctností, čím si byla jistější, že ji brzy dostihne

cior erat, mox se persecutore persequente martyrii promereri victorie palmam, oracioni devotissime insistens, vigiliis et ieiuniis insudans, elemosinis largam cunctis manum prebens.

Beatus vero Wenceslaus tenere licet adhuc etatis esset, cum matre degens, eciam spiritu prophecie in illis tunc diebus claruit, cunctaque, que ventura erant, Christo domino sibi revelante, cognovit aperta visione. Noctis conticinio forte cuiusdam presbiteri Pauli, qui sepe memorate beate memorie Liudmile lateri devotus inherens, devotissime obsecundabatur, atrium, quod amenis et vastis edium muniebatur ambitibus, sub sancti Deoque pleni Wenceslai clarissimo obtutu, omni menium cultu desertum et humane possessionis habitacione omnino comparuit alienum. Quod videlicet ipse, pulsa sompni carnalis gravitate, cordis speculacione pervigili excitatus, quibusdam, que visa sunt, prudenti sermone innotescens, subindeque quid verius futurum edita iam pronunciasset ostensio, prophetanti ore edisserens, convocatos huiusmodi dictis alloquitur: Sero me accubantem, dulces amici vosque o familiares clientuli, noctis silencio gravis et alta sustulit visio, quoniam Pauli presbiteri porticum tota edificiorum sublimitate ac hominum cultu videbam penitus desolatam. Quo viso mestus deicior ac interna pro Dei fidelibus sollicitudinis molestia consternor, sed tamen ut immensa omnium cognitoris pietate in spem, qua credenti cuncta posse promissum est, transferor, huius sompnii veritatem imminente iam casu pernoscendam, clare solucionis interpretamenta ad certam rei excussionem explanare aggredior. Domorum namque visa destruccio felicem ave mee Liudmile, sancte ac venerabilis matrone, portendit obitum. Que videlicet matris mee, tam genere quam operum eciam inquinacione



pronásledovatel a že si vyslouží vítěznou palmu mučednictví, a trvala velmi zbožně na modlitbách, horlivě bdíc a se postíc a štědrou rukou všem almužny poskytujíc.

Ačkoli pak byl blahoslavený Václav ještě útlého věku, u své matky přebývaje, proslul již v těch dnech také duchem prorockým a poznal všecko, co mělo přijíti, neboť mu to zjevil Kristus Pán v jasném vidění. Jednou za ticha nočního se zdálo svatému a duchem božím naplněnému Václavovi, že zcela jasně vidí dům nějakého kněze Pavla, jenž setrvávaje věrně po boku často jmenované Ludmily blahoslavené paměti velmi oddaně jí sloužil, - kterýžto dům byl utěšenými a prostornými ochozy dokola obehnaný - jak je zbaven všech krásných staveb a docela liduprázdný. A tu on zapudiv tíhu tělesného spánku a k bdělému rozjímání se probudiv, několika lidem oznámí moudrou řečí, co se mu zdálo, a vykládaje hned prorockými ústy, jaký pravdivý smysl by vylíčené už zjevení pro budoucnost mělo, takto osloví ty, které svolal: „Když jsem večer ulehl, drazí přátelé i vy, dvořané moji, za ticha nočního mne probudilo vážné a významné vidění. Neboť viděl jsem dům kněze Pavla zbavený veškeré nádhery stavební a od lidí zcela opuštěný. Jsem sklíčen zármutkem nad tímto viděním a těžce znepokojen starostí o věrné boží, ale přece, poněvadž nesmírné milosrdenství soudce všehomíra mne přivádí k naději, že člověk věřící, jak bylo přislíbeno, všechno dokáže, pokusím se vysvětliti jasným výkladem, směřujícím k bezpečnému objasnění věci, pravý smysl tohoto snu, jenž již vbrzku skutečnými událostmi bude prokázán. Nuže zboření domu, které jsem viděl, věští šťastnou smrt svaté a ctihodné paní, báby mé Ludmily. Ta totiž v době nepříliš vzdálené v šíleném spiknutí, jež

gentilis, furiali cum aliquot ministris, ad scelus eque paratis, facta conspiracione, non multum hinc processuro tempore, clanculum irruentibus perversorum armis, pro Christiani nominis ac fidei professione corporis crudelem subibit passionem. Porticus autem, ut visio testatur, populis deserta amplitudo, cleri nostro inclusi tutamine, miserabilem prefingit e regno expulsionem tociusque substancie non debitam amissionem. Enim vero execrabilis memorie genitrix mea secte vitali, quam pro toto posse confiteri, colere, cordetenus sequi et amare insto et posthac aliorsum inrevocabilis instabo, mordaciter invidens eosdem diversorum clericos ordinum, quia mecum sentire non negant, ope terrena privatos, regno severius eiectum iri molietur.

Hac denique sagacis coniectura predivinacionis mens veri conscia minime frustratur, sed ut interpretacionis congrua sonuerunt indicia erga iam scripte peremptionem matrone clerique longo adiacencium ambitu regionum in eius subieccionem, immo nitidissimam largitatem se prompte concedentis ferocem expulsionem, ordine incorrupto non longo iam post cuncta constat fuisse impleta.

⟨4.⟩

Siquidem, ut prefati sumus, subtrahente se famula Christi Liudmila ab obtutibus perfidorum, in eodem castello, quo confugerat, ab inimicis insequitur. Ductrix etenim prefata quosdam proceres suos, filios iniquitatis, Tunnam et Gommonem loquor, valida cum manu ad perdendam socrum suam Tetinis direxit. Prescia vero Christi memorata famula futurorum, antefatum presbiterum suum Paulum accersiens, monuit eum sacra missarum sollempnia modulari



matka moje, jak podle rodu, tak podle hanebných skutků pohanka, zosnuje s několika pomocníky, stejně odhodlanými k zločinu, přepadena bude ozbrojenými ničemy, kteří tajně k ní přijdou, a pro vyznávání jména a víry Kristovy podstoupí kruté těla umučení. Nádherný pak dům lidmi opuštěný, jak vidění ukazuje, značí, že kněžstvo svěřené naší ochraně bude žalostně vypuzeno ze země a že nezaslouženě ztratí všechen svůj majetek. Neboť moje matka kleté paměti, zle nanávidíc živou víru, kterou já ze všech svých sil vyznávati, ctíti, ze srdce následovati a milovati nepřestávám a ani později nikdy nepřestanu, vynasnaží se tyto kněze rozličných stupňů, poněvadž jsou stejného smýšlení se mnou, zbaviti statků pozemských a krutě z knížectví vyhnati.“

V této bystré předpovědi se tedy jeho duch znalý pravdy nemýlil, ale docela ve shodě s jeho věšteckými výklady o zahubení jmenované paní a o krutém vypuzení kněžstva, které se v širokém okruhu přilehlých krajin ochotně poddávalo jeho panství, nebo spíše jeho skvělé štědrosti, v nezměněném pořádku se to všechno nedlouho potom, jak známo, vyplnilo.

4.

Neboť když služebnice Kristova odešla, jak jsme již pověděli, zrádcům s očí, na témž hradě, kam se uchýlila, byla dostižena nepřáteli. Jmenovaná vévodkyně poslala totiž nějaké své velmože, syny nepravosti, Tunnu a Gommona, se silnou tlupou na Tetín, aby zahubili její tchyni. Avšak tato služebnice Kristova, předvídajíc budoucnost, povolala k sobě svrchu jmenovaného kněze Pavla a požádala ho, aby sloužil mši svatou. Zpověď pak před tváří Zkouma-

confessionemque suam ante Scrutatorem cordium effundens benignissime, conscia iam de percipiendis beneficiis Altissimi, armis se ipsam fidei totam muniens, oracioni procumbens, Deo preces effudit, quo eius spiritum, quem ipse creaverat, in pace dignaretur suscipere. Celebritate dehinc missarum peracta, Dominici se corporis et sanguinis participacione muniens, psalmodiam indefessa mente concinere studuit. Vespere vero facto, supra notati tyranni domum illius aggressi, valvas discrumpentes, reliquos sociorum forinsecus armatos frameis clipeisque statuunt, ipsi autem capitanei homicide Tunna Gommoque paucis secum assumptis cubiculum, quo Dei famula incumbebat, ostium disrumpentes ingrediuntur bachantes. Quibus beata Liudmila humili sub voce: Quenam, inquit, vos repentina vesania agitat? Et non erubescitis neque mente pertractatis, quemadmodum egomet vos ceu filios proprios educavi, auro argentoque vestibusque insignibus ditavi? Verum si qua in vobis mea iniquitas inest, intimate queso. At illi furientes, saxis rigidiores, aures ad hec obdurantes, non veriti sunt manus in eam proprias inicere, lectoque extractam terretenus proiecerunt. Quibus illa: Paulisper, inquit, oracioni me incumbere sinite. Quibus hec concedentibus expansis oravit ad Dominum manibus. Post hoc inquit: Mei interitus causa si adventastis, obsecro, ut mucrone auferatis caput. Exemplo martyrum sanguinem fundendo testimonium Christo perhibere gestiens, ac palmam martyrii cum ipsis sine fine percipere optans, toto desiderio ad superne vite patriam anhelabat. Martyrii eciam coronam non dubitamus eam promeruisse, quoniam sacra Scriptura testante: Iustus quacunque morte preoccupatus (Sap 4,7) fuerit, anima eius in refrigerio erit. Funesti ergo carnifices preces eius verbaque spernentes, fune gutturi



tele srdcí velmi upřímně vykonavši a jsouc si už jista, že obdrží odměnu od Nejvyššího, zcela se ozbrojila zbraněmi víry a pokleknuvši k modlitbě, prosby k Bohu vysílala, aby ráčil její duši, kterou sám stvořil, v pokoji přijmouti. Potom, když se mše skončila, posílivši se přijetím těla a krve Páně, jala se horlivě zpívati žalmy. Když pak nastal večer, napadli řečení násilníci její dům a vylomivše bránu, ostatní své společníky ozbrojené meči a štíty postavili venku a jen náčelníci vrahů Tunna a Gommon s několika málo muži, vyrazivše dveře, vnikli s divokým pokřikem do ložnice, kde služebnice boží odpočívala. Tu k nim promluvila blahoslavená Ludmila pokorným hlasem: „Jaké to nenadálé šílenství vás štve? Nestydíte se a nevzpomínáte na to, kterak jsem vás vychovávala jako vlastní syny a kterak jsem vás obdarovávala zlatem, stříbrem a skvostnými šaty? Ale jestliže víte o nějaké křivdě, kterou jsem na vás spáchala, povězte mi to, prosím.“ Ale oni, jsouce ve své zuřivosti neoblomnější než skály a nedopřávajíce sluchu jejím slovům, neostýchali se vložiti na ni své ruce a stáhnuvše ji s lože, hodili ji na zemi. I řekla jim: „Nechte mne maličko se pomodliti.“ A když jí to dovolili, modlila se s rozpjatýma rukama k Pánu. Potom řekla: „Jestliže jste přišli mne zabít, snažně vás prosím, abyste mi mečem sťali hlavu.“ Toužebně si totiž přála po příkladu mučedníků prolitím své krve Kristu svědectví vydati a palmu mučednictví s nimi na věky přijmouti. A také nepochybujeme, že si jí zasloužila, jakž to dosvědčuje Písmo svaté, jež praví: Ať jakoukoli smrtí spravedlivý bude zastižen, duše jeho občerstvena bude. Neblazí katané nedbali tedy jejích prosebných slov a vhodivše provaz na hrdlo její, zbavili ji zardoušením života pozemského, aby žila na věky s Pánem Ježíšem Kristem, kterého

eius inmisso suffocacione vitam illi abstulerunt presentem, victure in evum cum eo, quem semper dilexerat, Iesu Christo domino. Suscepit autem martyrium felix Deoque devota famula Liudmila septima sabbati die et sexta decima kalenda octobris prima vigilia noctis (anno etatis sue LXI°).

Clerus vero eius cunctus universique vernaculi utriusque sexus pastore perempto in diversa sparsi diversis in latibulis latitantes, vitam presentem sibimet conservavere. Post hec recedentibus crudelissimis carnificibus ad funeris eius officium magno cum metu et ululatu convenientes honestissimeque cuncta, que ad sepulturam fore cernebantur, peragentes terre glebam eius sanctissimam commendaverunt. Cruentissimi vero carnifices spoliis direptis dominam ad propriam regressi gaudium illi permaximum intulerunt innocentis de nece, estimantes se in eternum locupletari atque in evum victuros, quibus atrocia et inextinguibilia gehenne ignis supplicia parata mox inerant. Prefata autem perfida domina perfidorum, usurpans suppellectilem socrus sue cunctam, cum antefatis tyrannis regnare cepit, ditans eos propinquosque eorum ac familiam opibus eximiis auri argentique vesteque preciosa inestimabili. Regnaveruntque in tota provincia Boemorum velut magnifici duces, sed non ex Deo.

Quibus oppipare viventibus atque inestimabiliter gaudentibus letantibusque ulcio iusta divine vindicte improvise subsequitur impios, qui tam grande tamque crudele piaculum non horruerunt patrare, quo manus suas inhonestissimas in preclarissimam Christi famulam moverent absque causa. Namque patre suo, principe discordiarum dyabolo, exagitante, coevos coetaneosque suos ceperunt contemptui habere omnes. Qua de re excrevit dissensio odiumque perma-



vždycky milovala. Podstoupila pak mučednictví šťastná a Bohu oddaná služebnice Kristova Ludmila v sobotu, 16. září o první vigilii noční (v 61. roce svého života).

Ale veškeré její kněžstvo a všichni domácí služebníci obého pohlaví porůznu se rozptýlivše, když zabit byl pastýř, v rozličných skrýších se skrývali a tak si pozemský život zachovali. Potom, když se přeukrutní katané vzdálili, scházeli se s velikým strachem a nářkem k jejímu pohřbu a vykonavše s největší uctivostí všechno, co se jevilo k pohřbení potřebným, svěřili její přesvaté tělo zemi. Ale krvaví katané vrátili se, když si rozchvátili kořist, k své paní, a přinesli jí přeradostnou zprávu o zavraždění nevinné, domnívajíce se, že jsou provždy obohaceni a že budou na věky žíti, ačkoliv je brzy čekal strašný a neuhasitelný trest ohně pekelného. Řečená pak zrádná paní zrádců, přivlastnivši si všechen majetek své tchyně, počala vládnouti společně s jmenovanými násilníky, obdarovavši je i příbuzné jejich a čeleď neobyčejným množstvím zlata a stříbra i šatstvem vzácným a drahocenným. I vládli celé zemi české jako velkomožní vévodové, ale nikoli z milosti boží.

Když takto nádherně si žili a nesmírně se těšili a radovali, spravedlivá pomsta božího trestu neočekávaně postihla bezbožníky, kteří se nebáli spáchati tak veliký a tak krutý hřích, že své přehanebné ruce vztáhli bez příčiny na nejjasnější služebnici Kristovu. Neboť popuzováni jsouce otcem svým ďáblem, knížetem svárů, počali všechny své vrstevníky a souvěkovce v opovržení míti. Odtud povstala roztržka a převeliká nenávist mezi výše jmenovanými velmoži, totiž

ximum inter ipsos primarios supra notatos, Tunnam videlicet Gommonemque dominamque ipsorum, ita ut omnis cogitatus sermoque domine de interita eorum die noctuque versaretur. Quod cernens memoratus Tunna tyrannus, irruente in se pavore horribili, cunctis cum sibi affinitate iunctis ex eadem provincia fuga labens, omnibus exosus, vagus profugusque huc illucque versatus est, nemoque ex stirpe illius progenitus in propria ulterius reditum habuit. Gommo autem cum fuge latibulum germano cum suo quereret, comprehensus atque capitali sentencia addictus, cum fratre vitam presentem pariter et futuram amisit. At vero domina eorum, cernens eos fugientes, omnem venenosi pectoris furorem in posteros eorum diffundens, universos eorum a maiore usque ad minimum una die unaque sentencia perdidit. Hocque primum signum sancte Liudmile claruit, dum Dei disponente providencia ex interfectoribus eius nullus superfuit. Alii propriis de habitaculis secedentes in diversaque fugientes, cunctis exosi effecti, divina ulcione tacti, exalaverunt spiritum vite, parvuli eorum impiissima morte defuncti, quamplures vero capite gladio plexi sunt. Sic impletus est sermo Dominicus, quem in ewangelio infit: Omnes, qui acceperint gladium, gla- Mt 26,52
dio peribunt.

Hiisdem vero diebus ad tumulum beatissime et sepe memorate venerabilis matrone et martyris Liudmile, divina cooperante gracia, virtutum merita preclara patuerunt. Nam ex eiusdem monumento tanta flagrancia miri ac suavissimi odoris emanavit, que cunctorum aromatum florumque odoramenta evinceret. Quamplures eciam cereos lampadesque, lumine flagrantes divino, intempeste noctis silencio terque quaterque oculorum hauserunt acie; que cuncta dominam, interfectricem ipsius videlicet, minime latue-



Tunnou a Gommonem a paní jejich, takže se všechny její myšlenky a řeči zabývaly ve dne v noci jejich záhubou. Když to viděl jmenovaný násilník Tunna, přepadl ho hrozný strach, takže se všemi svými příbuznými z té země uprchl a ode všech jsa nenáviděn, jako vyhnanec sem tam bloudil a žádný jeho potomek se už do vlasti nevrátil. Gommon pak byl polapen, když hledal se svým bratrem záchranu v útěku, a byv odsouzen k smrti, ztratil i se svým bratrem zároveň život časný a věčný. Než paní jejich, vidouc, že prchají, vylila všechen vztek jedovatého srdce na jejich potomky a všechny je od nejstaršího až k nejmladšímu v jednom dni a jedním výrokem zahubila. A v tom se jasně ukázalo první znamení Ludmiliny svatosti, že řízením Prozřetelnosti boží žádný z jejích vrahů nezůstal na živu. Jiní, kteří ze svých domovů odešli a na různé strany se rozprchli, upadnuvše v nenávist u všech lidí a boží pomstou jsouce stiženi, vydechli svou duši a jejich děti pomřely nejbezbožnější smrtí, namnoze však byly mečem sťaty. Tak se naplnilo slovo Páně, jenž praví v evangeliu: Všichni, kteříž se meče chopí, mečem zahynou.

V týchž pak dnech projevily se na hrobě přeblahoslavené a často jmenované paní a mučednice Ludmily přispěním milosti boží přeslavné zásluhy jejích ctností. Neboť z jejího náhrobku šířila se taková hojnost podivné a přelíbezné vůně, že převyšovala vůni všech vonných látek a květů. Mnozí tu také spatřili v tichu tmavé noci opětovně a na vlastní oči svíce a pochodně, božským jasem planoucí. A to všechno nezůstalo vládkyni, totiž její vražedkyni, nikterak utajeno. Když se o tom dověděla, poražena jsouc

re. Quibus cognitis, timore nimio prostrata, agendum sibi quid foret, ignorabat; tandem rursus venenosum instaurans consilium, apparitores suos Tetinis misit, quo venerabile corpus tumulatum iacebat, in mandatis iubens, quod domum beate Liudmile super tumulum ipsius statuerent in modum basilice, aptans ei nomen in honore beati Michaelis archangeli, quo si deinceps inibi claruisset signum aliquod, non meritis beate martyris, verum sanctorum, quorum pignora inibi detinerentur, deputaretur. Quo facto tantus cunctos ingredientes basilicam horror invasit, quo haut aliter nisi veneracione cum maxima inibi auderent ingredi preclaraque et insignia exhinc in eodem patuere loco virtutum miracula.

⟨5.⟩

Hiis ita gestis annuente Christo olim electus dux beatus Wenceslaus annos puericie transcendens, gratissime flore iuventutis nitescebat, cunctaque, que a pedagogo apicum sibi tradita fuerant, alta memoria revolvens, animo estuanti opere implere cupiebat, quod aure perceperat. Quapropter genitrix ipsius perfida cum quibusdam sibi assencientibus filiis Belial, invidentes actibus illius studiisque sanctissimis, inito invicem consilio dixerunt: Heu, quid agimus, quove nosmet vertemus? Princeps siquidem noster, qui a nobis in regni fastigio sublimatus est, perversus a clericis et ceu monachus factus, per abruptam et asvetam viciorum nostrorum semitam nos gradi non sinit. Et si hoc nunc in puericia vel adolescencia gerit, quid putas facturus est in iuventute vel senecta? Ab illo ergo die nimis inportuni ei esse ceperunt, minis increpantes aliaque perplura inportune illi ingerentes scelera.



nesmírným strachem, nevěděla, co má dělati. Konečně pojala znovu jedovatý úmysl a poslala své služebníky na Tetín, kde odpočívalo ctihodné tělo, uloživši jim, aby dům blahoslavené Ludmily nad hrobem jejím přestavěli na způsob basiliky. A kázala ji nazvati ke cti blahoslaveného Michaela archanděla, tak aby zázrak, který by se tam snad budoucně objevil, nebyl příčítán zásluhám blahoslavené mučednice, nýbrž zásluhám světců, jejichž ostatky by tam byly uloženy. Když se toto stalo, taková posvátná hrůza naplňovala všechny lidi vstupující do té basiliky, že jen s největší úctou se odvažovali tam vejíti. A od té doby se dály na tom místě přeslavné a znamenité zázraky.

5.

Mezi tím blahoslavený Václav, zvolený kdysi vnuknutím Kristovým za vévodu, vyrostl z chlapeckých let a zářil květem nejpůvabnějšího mládí. Hluboko pak v paměti chovaje, v čem byl od učitele písma vzdělán, vroucně toužil naplniti skutkem to, co sluchem poznal. A proto jeho věrolomná matka s některými syny Beliálovými, kteří s ní stejně smýšleli, nenávidíce ho pro jeho skutky a přesvaté smýšlení, radili se mezi sebou a řekli: „Ach běda, co si počneme a kam se obrátíme! Neboť kníže náš, jenž byl od nás na trůn povýšen, zkažen byv kněžími a takřka mnichem se stav, nedovoluje nám kráčeti sráznou a navyklou cestou našich neřestí. A jestliže si tak počíná nyní jako chlapec nebo jinoch, co asi bude dělati jako mladý muž nebo stařec?“ Od toho času se tedy počali k němu chovati velmi nepřátelsky, vyhrožujíce mu a i jinak mu působíce přemnohá příkoří.

Que cuncta vir Deo carus armis fidei repellens et clipeo se paciencie muniens, animo illeso perferebat. Siquidem et clericos eius et quosdam religiosos, quorum doctrina ipse pascebatur, insidiis assiduis impii appetentes, trucidare moliti sunt minisque maximis terruerunt, quia nemo illorum ad eum accessum quiret habere. Ipse vero cunctorum horum scius cum sibi fidelibus viris occulte posterulas agens, ruente sole in occasum clancule clerico quolibet accersito, cuncta que sibi proficua erant, nocte addiscens, crepusculo illucescente didascalum seu sibi clericum carum latenter abire sinebat. Codicellulumque suum occulens subque tegmine gestans, ubicunque locum quietis reperiebat, eum cum diligencia lectitabat et cum gemitu interno de duricia cordis populi sui et cecitate vel incredulitate dolebat nimium. Tandem confortatus a Deo et virtute se precingens, matre sua universisque primariis accitis, ut decuit, increpavit, quemadmodum Sapiencie liber testatur: Verba sa- Eccl 12,11
piencium quasi stimuli et velut clavi in altum defixi. Sic inquit beatus Wenceslaus: Cur, [inquit], filii sceleratorum et semen mendax virique iniqui, prohibuistis me discere legem domini nostri Iesu Christi et obtemperare mandatis illius? Quod si vos tedet Christo servire, cur saltem ceteros impeditis? Ego vero si hactenus vestra sub providencia vel potestate degui, amodo tamen illud respuo, Deo cunctipotenti sincero ex animo deservire cupio.

Orta est postmodum pro eiusdem rei causa variisque rebus aliis dissidio pergrandis viros inter ipsos primarios, qui lateri ducis religiosi inherebant, et inter reliquos, qui partes nequissimas domine impie iuvabant. Divisique sunt consiliarii in invicem et primates terre, discordiarumque inter eos spine pullulaverunt ad sanguinis usque effusionem. Verum pars iustorum,



Ale muž Bohu milý, odrážeje to všechno zbraní víry a chráně se štítem trpělivosti, snášel to s myslí neporušenou. Neboť i kněze jeho a některé mnichy, jejichž vyučováním se posiloval, pokoušeli se ti bezbožníci zabíti, ustavičně jim úklady strojíce, a převelikými hrozbami je hleděli zastrašiti, aby nikdo z nich neměl odvahu k němu choditi. Ale on věda o tom všem, s muži sobě věrnými si prorazil zadní dvířka a když slunce zapadlo, tajně k sobě povolával některé kněze, a když se v noci naučil všemu, co mu bylo prospěšné, za ranního úsvitu nechával učitele nebo kněze sobě milého tajně odejíti. A knížečku svou skrýval a pod šatem ji nosil, a kdekoliv našel klidné místo, pilně ji čítal a naříkaje v nitru svém nadmíru truchlil nad zatvrzelostí lidu svého a nad jeho slepotou a nevěrou. Konečně posílen Bohem a ctností se opásav, povolal k sobě matku svou a všechny velmože, a jak se slušelo, obořil se na ně tak, jak praví Kniha moudrosti: Slova moudrých jsou jako ostnové a jako hřebové hluboko vbití. Promluvil pak blahoslavený Václav takto: „Proč jste mi zbraňovali, synové zločinců, símě lži a mužové nespravedliví, abych se učil zákonu Pána našeho Ježíše Krista a poslouchal rozkazů jeho? Jestliže se vám nechce sloužiti Kristu, proč aspoň jiným toho nedovolujete? Jestliže jsem však až dosud žil pod vaším opatrovnictvím a mocí, od nynějška to odmítám a Bohu všemohoucímu chci z upřímného srdce sloužiti.“

Povstala potom pro tuto příčinu a rozličné jiné věci převeliká různice mezi těmi velmoži, kteří setrvávali po boku zbožného vévody, a mezi ostatními, kteří podporovali ničemnou stranu bezbožné panovnice. I rozdělili se rádcové a přední mužové země a trny nesvornosti rozbujely se mezi nimi až k prolévání krve. Ale strana spravedlivých, ačkoli byla velmi

licet minima foret, prevaluit tamen adversus partem multimodam, ut semper, iniquorum. Nam semper memoratus dux Wenceslaus, sollicitus de nanciscenda pace, Spiritu sibi sancto inspirante, corde consilium captavit, quo genitricem suam, que causa tocius nequicie inerat, perturbaret e patria, quatinus ea propulsa cunctisque consentaneis eius viris impiis invicem furor discordiarum sopiretur paxque ecclesie regni accresceret, unum eundemque Dominum cuncti possidentes veram Christi doctrinam perfectissime addiscerent, dispositisque cunctis, que ad pacem regni pertinere cernebantur, proturbatis et expulsis filiis discordie, composita quiete, matrem rursus cum honore ad propria revocaret. Que cuncta, iuvante se opifice Deo, opere complevit. Nam matrem regno cum dedecore maximo pepulit, dignam ei ulcionem omnipotente Deo reddente ob effusionem sanguinis innocentis beate Liudmile, quem causa sine fuderat. Sed quoniam timore casto, qui permanet in seculum seculi, plenus erat, memor preceptorum divinorum, quibus patrem honorare debemus et matrem, eam rursus tempore elapso reduxit, verum honore dominacionis pristine caruit usque ad obitus sui diem. Sed hec cuncta qualiter gesta sint, ob sui enormitatem pretereuntes, cepta prosequamur. Post multa adversa et incommoda pertulit, eciam filii sui necem ab gnato suo minore.

Recordatus deinde ave sue beatus Wenceslaus, quante sanctitatis in presenti fuisset quanteque claritatis meritum aput Cunctipotentem obtineret, lacrimarum imbre infusus totus, inito consilio sacratissimo cum sacerdotibus et religiosis quibusdam, misit eos in prefatum castellum Tetin, mandans eis, quo vel ossa seu pulverem consumpte carnis digna translacione ad se usque perducerent.



malá, nabyla přece vrchu nad stranou nespravedlivých, jako vždy nejednotnou. Neboť stále jmenovaný vévoda Václav, staraje se o zjednání pokoje, pojal vnuknutím Ducha svatého úmysl, matku svou, která byla příčinou veškeré zloby, z vlasti vypuditi, aby vyhnáním jejím a všech jejích bezbožných přívrženců byla utišena zuřivost rozbrojů a mír v církvi Kristově se vzmohl, tak aby všichni dokonale poznali, majíce jednoho a téhož pána, pravé učení Kristovo, a až bude všechno zařízeno, co by se zdálo sloužiti míru v knížectví, a až po vypuzení a vyhnání synů nesvornosti bude upevněn pokoj, povolati zase matku se ctí do vlasti. A to všechno s pomocí Boha stvořitele vstkutku vykonal. Neboť vyhnal svou matku s největší hanbou ze země a tak ji Bůh všemohoucí stihl zaslouženým trestem za to, že prolila nevinnou krev blahoslavené Ludmily a že ji prolila bez příčiny. Ale poněvadž byl pln cudné bázně, která trvá věky věkův, a poněvadž byl pamětliv přikázání božích, podle nichž máme otce i matku ctíti, přivedl ji po nějakém čase zase zpět, dřívější důstojnosti panovnické však zůstala zbavena až do dne své smrti. Ale o tom, jak se toto všechno stalo, pomlčme pro krutost těchto událostí a pokračujme v započatém výkladě. Po mnohých protivenstvích a strastech dožila se i toho, že jeden její syn byl zavražděn od jejího druhého, mladšího potomka.

Rozpomenuv se potom blahoslavený Václav na svou bábu, v jaké svatosti na této zemi žila a jakou slávu u Všemohoucího v odměnu za to získala, proléval proudy slz, a pojav s kněžími a některými zbožnými muži přesvatý úmysl, poslal je na řečený hrad Tetín a uložil jim, aby třeba jen její kosti a prach zetlelého těla důstojným přenesením k němu dopravili.

Ipse vero Spiritu sancto revelante, paucis familiaritate iunctis sibimet innotescens, certus erat divina cooperante clemencia aliquid inibi legatos memoratos signorum haurire. Implentes autem iussa domini sui, legati qui fuerant, basilicam ingressi ac monumentum humo revoluto detegentes, tabulam sepulcri, qua venerabilis gleba tegebatur, partim putredine consumptam reperientes, sublevare formidaverunt. Si lignum, fatentes, putridum est, quanto magis ea, que intus latent? Rursumque sarcofagum claudi voluerunt diligencia cum summa. Quorum consiliis unus ex eis, Paulus presbiter, obsistens, cuius et superius mencionem fecimus, qui semper illi, dum in terris deguit, in amiciciis iunctus semperque in omni servicio obsecundatus est, inquit: Nequaquam, ut dicitis, fiet, sed iuxta principis iussa, si vel pulverem consumpte carnis invenero, tollam. Cui ceteri assensum prebentes, unanimiter tabulam sublevaverunt. Quam dum sustollunt, frangitur, ita ut memoratus Paulus cum humo super corpus iacentis caderet. Qui concite surgens humumque velocius amovens, cum sibi iunctis sodalibus invenerunt corpus sacrum ab omni corrupcione seiunctum, preterquam quod supra memini, videlicet vultum eius pulverulentum, quod ei de fractura cooperculi, dum amoveretur, insederat. Ingenti dehinc gaudio succensi, grates inmensas Cunctipotenti exhibentes, glebam eius sanctissimam de terra sustollentes, linteaminibus preciosis, ut decebat, involventes, altari presentaverunt, laudes gratesque inmensas divine clemencie referentes. Riteque cunctis sollempniter peractis, feretro eam locantes, duorum terga equorum onerant, sicque eadem nocte metropolim usque ad urbem, Pragam scilicet, constanter properant. Repertum est autem corpus felicis et Deo devote famule Liudmile XIIII. kalendas no-



Sám však vnuknutím Ducha svatého si byl jist a několika svým důvěrným přátelům se o tom zmínil, že přispěním boží milosti připomenutí poslové tam najdou nějaká znamení. Když pak tito poslové, vyplňujíce rozkazy pána svého, vstoupili do basiliky a odhrnuvše hlínu, objevili hrob, tu pozorujíce, že náhrobní deska, kterou bylo ctihodné tělo pokryto, je zčásti ztrouchnivělá, báli se ji pozvednouti. „Jestliže je dřevo zetlelé," tak si říkali, „čím spíše zetlelo to, co je uvnitř?" A chtěli hrob znovu s největší pečlivostí uzavříti. Ale tomuto jejich úmyslu se postavil na odpor jeden z nich, kněz Pavel, o němž jsme se již zmínili a jenž s ní byl spjat přátelstvím, dokud na této zemi žila, a vždy ji ve všem svými službami podporoval, a řekl: „Nikterak se nestane tak, jak pravíte, nýbrž podle rozkazu knížete, najdu-li třeba jen prach zetlelého těla, vezmu jej s sebou." A ostatní, souhlasíce s ním, svorně zvedali desku. Ale jak ji zvedali, deska se zlomila, takže jmenovaný Pavel upadl s hlínou na tělo nebožčino. Tu vstav rychle a odhrnuv spěšně hlínu, shledal se svými druhy svaté tělo úplně neporušené, ledaže obličej byl pln prachu, který jej pokryl, když se víko, jak jsem svrchu poznamenal, při odkrývání zlomilo. Náramnou radostí tedy vzplanuvše a nesmírnou vděčnost Bohu všemohoucímu projevujíce, vyzvedli přesvaté její tělo ze země, do drahocenných pláten, jak se slušelo, je zavinuli, před oltář položili a chvály a díky nesmírné boží milosti vzdávali.

A když všechny obřady řádně vykonali, uložili tělo na nosítka a ta naložili na hřbety dvou koní a tak téže noci až do hlavního hradu, totiž Prahy, vytrvale pospíchali. Nalezeno pak bylo tělo blažené a Bohu oddané služebnice Ludmily ve středu dne 19. října

vembris, hora XII., feria IIII. Intulerunt autem eam in Pragam die tercio, feria VI., XII. kalendas eiusdem mensis, leticia cum ingenti, gratulantibus cunctis Christumque laudantibus. Vehitores siquidem ipsius, urbi priusquam eam inferrent, ad principem baiulos boni nuncii premiserunt. Qui venientes, sopori eum membra collocasse cognoverunt, eumque suscitavere leti taleque ei gaudium intulerunt, quod omnipotente Deo favente corpus tante talisque matrone, ave videlicet sue, incorruptum repperissent.

Qui continuo surgens ecclesiamque summa cum alacritate properans, Christo domino grates immensas persolvit. Sole terram irradiante iubareque tenebras propellente, accito clero turbaque fidelium, processione cum ingenti obvius ire properat. Occurrunt autem illi et fideles geruli, vehentes sepe memoratam glebam sancte Liudmile. Quam statim sacerdotes et levite alacriter suis inponentes humeris, benedicentes Deum cum psalmis ac laudibus, intulerunt urbi ecclesiamque ingressi altari coram pavimento statuere strepitumque sonitu ingentem personavere. Quod popularis tam fidelium quam infidelium curiositas perscrutans, quod factum erat, in unum congregati petunt ecclesie ianuas. Consilio dehinc princeps inito cum sacerdotibus, plebe coram cuncta corpus eius detexerunt, ut omnes fidem adhiberent incorruptam eam a Christo domino fuisse servatam. Cuncti quod intuentes, magnalia Christi indefessis vocibus personavere, nemoque obsistere veritati quibat, quoniam cunctis patebat integritas corporis ac capillorum firmitas vultusque nitescebat, veluti in hac constituta vita, vestimentorum insuper pulchritudo integritasque talis splendebat, ac si eodem texta forent die. Universi quod perspicientes, preconiorum vocibus persultantes, omni eam honore ac



o hodině dvanácté. A přinesli ji do Prahy třetího dne, v pátek 21. dne téhož měsíce, za nesmírné radosti, zatím co všichni plesali a Krista chválili. Neboť ti, kteří je vezli, dříve než s ní vkročili do hradu, poslali napřed ke knížeti posly s dobrou zprávou. Když pak tito k němu přišli, shledali, že se uložil k spánku, i vzbudili ho radostně a tu potěšitelnou novinu mu oznámili, že s přispěním Boha všemohoucího tělo tak znamenité paní, totiž báby jeho, neporušené nalezli.

Tu on ihned vstal a s největší radostí do chrámu pospíšiv, vzdával Kristu Pánu nesmírné díky. Když slunce osvětlilo svými paprsky zemi a jeho záře zapudila temnoty, svolal kněžstvo a zástup věřících a s převelikým průvodem spěchal jí naproti. Setkali se pak s věrnými nosiči, vezoucími často připomenuté tělo svaté Ludmily. A ihned si je vložili kněží a jáhnové radostně na svá ramena a dobrořečíce Bohu a zpívajíce žalmy a chvalozpěvy, vnesli je do hradu. Vkročivše pak do chrámu položili je před oltářem na dlažbu a počali mohutným hlasem zpívati. A tu se sbíhali věřící i nevěřící, pátrajíce se zvědavostí lidu vlastní, co se to stalo, a směřovali k dveřím chrámovým. Tehdy kníže, poradiv se s kněžími, odhalil společně s nimi tělo před tváří veškerého lidu, aby všichni uvěřili, že ji Kristus Pán neporušenou zachoval. A všichni, vidouce to, neúnavně oslavovali zázraky Kristovy a nikdo nemohl odporovati pravdě, neboť všem byla patrna neporušenost jejího těla a pevnost vlasů a její obličej se skvěl, jako by byla živá. Mimoto její roucha krásou a neporušeností tak zářila, jako by byla toho dne utkána. A tu všichni, když to spatřili, s hlasitým plesáním ji oslavovali a prohlašovali, že je nadmíru hodna veškeré pocty a chvalořečení. Potom vykopavše zemi a upravivše

laude dignissimam iudicarunt. Humo dehinc efossa compositaque fossa, in eadem basilica tumulare eandem conati sunt. Sed ex eadem fossa repente aqua inundavit. Plurimi quod intuentes, mente captavere eundem sepulchri locum minime famule Christi placere. Replentesque rursus fossam, sarcofagum cum ipso pignore sacro statuere super eandem, prestolantes divinum auxilium. Sicque ad propria feliciter properavere.

Spacio dehinc temporis elapso modico supra dictus princeps Ratispone missis legatis, pontificem eiusdem civitatis, quia erant Boemi viri ipsius temporis parrochiani sui, consuluit, nomine Tutonem, quidnam sibi agendum foret de supra notato corpore. Qui divine legis scripta perlustrans, secundum datam sibi a Deo sapienciam in responsis hec dicta mandavit, scilicet ut corpus, inicium ab ipso exordio prothoplasti sumens, cui dictum est: Terra es et in terram ibis, pulvis Gn 3,19 es et in pulverem reverteris, sepulture traderent, gloriam Christi donec cernerent. Ingentique zelo divino accensus princeps prefatum antistitem humili prece exoravit, usque ad se dignaretur quatinus venire ac corpus ipse sepulture daret basilicamque, adhuc que benediccione pontificali carebat, dedicaret. Qui simulata infirmitate senectutis ire non prevalens, coepiscopum suum cum aliquantulis clericorum choris allegavit, quo ecclesiam eandem dedicaret. Adveniensque in primis templum Domino consecravit. Post hinc sex elapsis dierum circulis suprafatum corpusculum tumulavit eodem in loco, quo aqua inundaverat. Mira atque Christi famule declarandum meritum sufficiens res, videlicet quod sacerdotibus inconsecrato cupientibus eam tumulare loco aqua exorta est, adveniente vero coepiscopo sacrataque basilica funditus haut apparuit. Congrue satis, ut que felici conversacionis



hrob, pokusili se ji v téže basilice pohřbíti. Ale vykopaný hrob náhle zaplavila voda. I usoudili mnozí, kteří to viděli, že se toto místo hrobu služebnici Kristově nelíbí. A zaházevše znovu hrob, postavili na něj rakev se svatými ostatky, čekajíce na pomoc boží. A pak pospíšili radostně do svých domovů.

Po krátkém pak čase svrchu jmenovaný kníže vypravil posly do Řezna a tázal se biskupa tohoto města, jménem Tutona, protože Čechové náleželi tenkrát k jeho diecési, na radu, co má učiniti s řečeným tělem. A ten zkoumaje předpisy zákona božího, podle moudrosti Bohem mu dané, vzkázal mu v odpověď, aby tělo, jež má svůj počátek v prvním člověku, kterému bylo řečeno: „Země jsi a do země půjdeš, prach jsi a v prach se obrátíš“, uložili do hrobu do té doby, až by se zjevila sláva Kristova. A tu kníže vzplanuv nesmírnou horlivostí boží, prosil jmenovaného biskupa velmi pokorně, aby ráčil k němu přijíti a sám tělo pochoval a aby zasvětil basiliku, jíž se biskupského posvěcení ještě nedostalo. Ten však omlouvaje se, že pro slabost stáří nemůže přijíti, poslal svého spolubiskupa s několika přisluhujícími kněžími, aby ten chrám zasvětil. A ten přišed, nejdříve posvětil chrám Pánu. Potom, když uplynulo šest dní, pohřbil řečené tělo na témž místě, které dříve voda zaplavila. Podivuhodná to věc a postačující k důkazu o zásluhách služebnice Kristovy, že když ji kněží chtěli pohřbít na místě neposvěceném, ukázala se tam voda, kdežto když přišel spolubiskup a posvětil basiliku, už se voda vůbec neobjevila. Slušelo se zajisté, aby ta, která v blaženém obcování svůj život blaženě trávila, také s vyšším posvěcením byla pohřbena, když se

sue vita fruebatur feliciter, et cum benediccione maiori sepeliretur, que cum sanctis ad Christi locanda erat dextram. Rite hiis itaque peractis coepiscopus remuneratus, ut dignum fuerat, a principe, propria petivit.

Anniversario autem eius volvente die post translacionem ipsius glebe sacre, ad gloriam nominis sui et ad declarandum meritum famule sue, Christus dominus insigne dignatus est operari prodigium. Nam ut moris est Christiane religioni congregato clero memoriam talium agere, cum post oraciones ad refeccionem corporum una pariter residerent, quidam parvulus infirmitate corporis gravatus curvatusque, sursum omnino non prevalens aspicere, cum ante ostium basilice, corpus ubi tante requiescit matrone, virtutem Christi meritumque ipsius sancte imploraret, erectus est virtutique proprie restitutus. Intuentes quod plurimi, omnipotenti Christo laudes canebant, suam quod per famulam dignatus sit magnalia declarare sua, cui est gloria in secula seculorum, amen.

⟨6.⟩

Igitur composito confirmatoque suo regno, opifice se iuvante Christo, beatus dux Wenceslaus, qualem se Christo exhibuerit qualeque vas eleccionis semet ipsum prebuerit, mens, lingua, sermo paginaque dicere deficit, simul moleque gravatus peccaminum pandere nequeo, miles Christi quanta domino militans detrimenta zabulo intulerit, quantosve manipulos Christi in horreo ipsius fidelis servus aggregaverit. Verum ut de multis pauca eloquar: a puericia sua minime discedens a disciplina Domini, verax fuit in sermone, iustus in iudicio, fidelis in commisso, modum humane excedens pietatis. Cum enim quilibet



svatými měla usednouti po pravici Kristově. Když spolubiskup toto řádně vykonal, byl od knížete po zásluze odměněn a vrátil se zpět do vlasti.

Když pak nadešel výroční den přenesení jejího svatého těla, ráčil Kristus Pán, aby oslavil jméno své a dosvědčil zásluhy své služebnice, učiniti znamenitý zázrak. Neboť, zatímco podle obyčeje zachovávaného v náboženství křesťanském, že se totiž kněžstvo shromažďuje a oslavuje památku takových událostí, po modlitbách společně zasedli, aby posílili svá těla, nějaký hoch nemocí tělesnou zesláblý a zkřivený, že vůbec nemohl vzhůru pohlédnouti, když vzýval před dveřmi basiliky, kde odpočívá tělo tak znamenité paní, moc Kristovu a dovolával se zásluh této světice, najednou se narovnal a nabyl opět své bývalé síly. Vidouce to pak přemnozí, pěli chválu Kristu všemohoucímu, že ráčil skrze svou služebnici ukázati moc svou, jemuž je sláva na věky věků, amen.

6.

Když tedy blahoslavený vévoda Václav s pomocí Kristovou uklidnil a upevnil své knížectví, jak se před Kristem osvědčil a jakou nádobou vyvolenou se stal, to vylíčiti by nestačil ani můj duch, ani jazyk a řeč, ani kniha, a také proto, že spoustou hříchů jsem obtížen, nedokázal bych vyložiti, kolik škod jako vojín Kristův pro Pána bojující ďáblu způsobil a kolik snopů do stodoly Kristovy jako jeho věrný sluha nashromáždil. Ale abych o mnohém aspoň něco málo pověděl, neuchyluje se již jako chlapec od kázně boží, byl pravdomluvný v řeči, spravedlivý na soudě, poctivý a hodný důvěry a nad obvyklou míru lidskosti

reorum in concilio iudicum presenciaque ipsius adventus, a iudicibus capitali addictus sentencia fuisset, occasione suscepta qualibet semet subtrahens occultabat, qua valebat, minarum Christi memorans in ewangelio, quod minatur: Nolite iudicare, ne iudicemini [L 6,37], nec condempnare, ut non condempnemini. Carceres patibulaque antiquitus constructa, que ad hec tempora inerant, destruens, orphanorum, viduarum, pauperum, gemencium sauciorumque indefessus existens consolator, esurientes sacians, sicientes refocillans, nudos tegens, infirmos visitans, mortuos sepeliens, hospites et peregrinos proximos ut proprios excipiens, presbiteros clericosve ac monachos ut Dominum honorans, errantibus viam veritatis aperiens, humilitatem, pacienciam, mansuetudinem, caritatem [E 3,19], que supereminet cunctis, observans, per vim fraudemque nulli aliquid subtrahens, exercitum suum non solum armis optimis, verum et indumento corpus adornabat.

Hiis et huiuscemodi virtutibus ab ipso tirocinii tempore insignitus florebat, crucemque Christi membris applicans suis, memorabatur divinorum preceptorum, per que dicitur: Si quis vult post me venire, [Mt 16,24] abneget semet ipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Siquidem in quadragesimali vel hiemali tempore per gelidum et arduum callem discalciatus gradiebatur de civitate in civitatem, ecclesias Christi pedestris illustrans, ita ut vestigia ipsius cruore madencia cernerentur. Ciliciis exhinc, ob ablucionem mundicie servandam, utens asperrimis nimis, que tempora usque ad hec reverenciam ob ipsius velut nova servantur, assidueque laneis ceu monachus indutus tunicis ad carnem, desuper vero optimis et regalibus amictus, splendebat coram Deo hominibusque. Pabulo modico refocillans artus, pervigil assi-



milosrdný. Neboť kdykoliv byl někdo z obžalovaných před sborem soudců za jeho přítomnosti odsuzován soudci k trestu smrti, vzdaloval se pod nějakou záminkou a skrýval se, jak mohl, jsa pamětliv hrozby Kristovy v evangeliu: Nesuďte, abyste nebyli souzeni, a neodsuzujte, abyste nebyli odsouzeni. Žaláře a šibenice za dřívějších časů postavené a až do jeho doby stojící kácel, sirotky, vdovy, chudé, lkající a raněné neúnavně utěšoval, hladové sytil, žíznivé napájel, nahé odíval, nemocné navštěvoval, mrtvé pohřbíval, cizince a pocestné jako nejbližší příbuzné přijímal, kněze, kleriky a mnichy jako Pána ctil, bloudícím cestu pravdy ukazoval, pokoru, trpělivost, mírnost a lásku, jež nade všecko vyniká, zachovával, násilím a lstí nikomu nic neodnímal a svou družinu nejen zbraněmi nejlepšími, ale i šatem opatřoval.

Těmito a podobnými ctnostmi již od nejútlejšího mládí se vyznamenával a vkládaje kříž Kristův na údy své, pamětliv byl přikázání božího, v němž se praví: Chce-li kdo za mnou přijíti, zapřiž sebe sám a vezmi kříž svůj a následuj mne. Neboť v postním a zimním čase kráčíval bos studenou a neschůdnou cestou od hradu k hradu, pěšky navštěvuje kostely Kristovy, takže bývalo viděti, jak jsou jeho šlépěje zvlhlé krví. A maje na sobě velmi drsné roucho žíněné, aby si cudnou čistotu zachoval, kteréžto roucho se až do dnešních časů pro úctu k němu jako nové uchovává, a jsa ustavičně oblečen na holém těle v šat vlněný jako mnich, navrchu však zahalen v nejkrásnější šat knížecí, skvěl se před Bohem i před lidmi. Skrovnou potravou posiluje své údy a vytrvávaje i v noci neúnavně na modlitbách, neustával jediné

due, gracias soli inmensas non cessabat agere Deo. At si quando illi ut principi, feras inter tantas cubanti, contigisset sero hesterno habundantem hausisse morem extra solitum potum, sompno se excuciens diluculo, citissime properans ecclesiam, quemcunque sacerdotum seu clericorum inibi reperisset, optimo quocumque indumentorum tegebatur, sese exuens illique contradens, pedibus ipsius advolvebatur, obnixe postulans, quo pro semet attencius Christum dominum exoraret, noxam quatinus illi hesterna nocte patratam clementer indulgeret.

In officiis vero divinis tam assiduus inerat, ut cottidie oblacionem suam, manibus suis confectam, Domino exhiberet. Nam in messis tempore, intempeste noctis silencio, agrum petens proprium adibat cum sibi fidelissimo cliente, de quo postmodum precipuum et ad declarandum utriusque meritum insigne exarabitur prodigium, triticumque metens, humeris baiolans propriis domui inferebat, manualique terens mola, pistor ipse et dux, farinam cribrabat, aquamque petens, itidem nocturnaliter hauriens, fatebatur: In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Quam eciam domum deferens, predicta cum farinula miscens, oblatas conficiebat. Vineamque properans, botros carpens suisque illos manibus conterens urceoque infundens, usum ad sancti conservabat sacrificii. Quia vero radicitus necdum avulsi fuerant paganorum supersticiosi ritus, dum plurimi ad immolandum demoniis nefanda properarent sacrificia, cibisque ex ipsis potibusque simul inquinarentur, nunquam ipse horum consenciens contaminabatur, verum in cunctis se subtraxit, occasione facta qualibet. Carceres destruxit, patibula suppliciaque, que usque ad hec inerant ad excruciandos tempora homines, funditus sua pietate evulsit fanaque profanorum terre coequavit.



Bohu nesmírné díky vzdávati. A jestliže se mu někdy stalo, jako knížeti, když mezi takovými zvířaty hodoval, že se večer mimo svůj obyčej hojněji napil, jakmile se druhý den ráno vzbudil, spěchal co nejrychleji do kostela a svléknuv nejlepší roucho, jaké na sobě měl, dal je kterémukoli knězi nebo klerikovi, kterého tam našel, a padnuv mu k nohám snažně ho prosil, aby se za něho zvlášť pobožně modlil ke Kristu Pánu, aby mu milostivě odpustil hřích minulé noci spáchaný.

Služeb božích se pak s takovou horlivostí účastnil, že každodenně obětní chléb vlastníma rukama zhotovený Pánu opatřoval. Neboť v čas žní chodíval za ticha hluboké noci na pole své se svým nejvěrnějším druhem, o němž budu později vypravovati zvláštní zázrak, znamenitě dokazující jich obou zásluhu, a nažav pšenice, na vlastních plecích ji domů nosil, na ručním mlýnku ji rozemílal a jsa pekařem a vévodou v jedné osobě, mouku prosíval a potom pro vodu chodil, rovněž v noci ji nabíraje se slovy: Ve jménu Otce i Syna i Ducha svatého. A když i tu domů přinesl, s tou jemnou moukou ji mísil a dělal z ní oplatky. A na vinici spěchával, hrozny trhal a vlastníma rukama je vymačkávaje, naléval víno do džbánů a pro potřebu svaté oběti je uchovával. Kdežto pak přemnozí jiní, poněvadž nebyly tehdy ještě z kořene vypletý pověrčivé obřady pohanské, horlivě přinášeli modlám hanebné žertvy a pokrmy a nápoji z nich se poskvrňovali, on sám se nikdy účastí na nich neprovinil, nýbrž vždycky se jim vyhnul, uživ nějaké záminky. Žaláře pobořil, šibenice a mučící nástroje, jež až do té doby sloužily k popravování lidí, ve svém milosrdenství ze základů vyvrátil a pohanské svatyně se zemí srovnal.

Qua opinione Christicole exhausta ad eum ceu apes ad alvearia, haut secus sacerdotes, levite plurimique famuli Dei confluunt Bavarorum, Swevorum aliarumque provinciarum locis, reliquiis cum sanctorum bibliotecisque plurimis. Cunctos honore cum ingenti quos suscipiens animoque gratanti amplectens obsecundabatur, uti decebat, tribuens habunde auri vel argenti copiam, crusinas mancipiaque vel vestimenta hilariter largiens, cunctisque prout opus erat, serviens, universis didascalis hiis in doctrina mirantibus ipsius, ut cum psalmista proclamare cerneretur: Super Ps 118,99 omnes docentes me intellexi, quia mandata tua meditacio mea est. Mente in cuius sola preciose claritas fulgebat margarite. Cui eciam Dominus pietatis sue graciam quam plurimam conferre dignatus est, ut in plurimis quoque victor preliis existeret.

Procerus vultu, castitatem amplectens, quamvis hec rara vis uxoratis, martirio presentem inhians finire vitam, blandum semper cum mitibus habens colloquium, cum inmitibus vero et vagantibus crapulisque seu potibus deditis vel a doctrina seu tramite recto deviare cupientibus, zelo accensus divino, si haut illos aliter apprehendere valuisset, saltim mense sue occasionis accersitos gracia, flagris verberabat ingentibus, semper contra antiquum hostem scutum sumens fidei, cumque framea Spiritus sancti, verbum Dei quod est, E 6,12-17 incessanter aereas expungnans mundi huius potestates. Erat enim sine querela cultor Christi verus, multos apostolica secundum precepta arguens, obsecrans, increpans indefesse, cunctos ad cenam veri invitans Patris familias, faucibusque exemptos a dyaboli, gremio sancte collocans matris ecclesie, divinis assidue refocillabat alimentis. Gracia deinde divina cordi eius inspirante, templum Domino in honore beati Viti martyris condere meditans, legatos allegat Ratispo-



Když slyšeli křesťané o tom vypravovati, hrnuli se k němu, nejinak než jako včely k úlu, kněží, jáhnové a přemnozí sluhové boží ze země Bavorské, Švábské a jiných krajin s ostatky svatých a s mnoha knihami. A ty všechny on s nesmírnou úctou přijímal a vlídně se k nim chovaje, podporoval je, jak se slušelo, hojně zlata a stříbra mezi ně rozdávaje, krzny, otroky a rouchy ochotně je obdarovávaje a všem podle jejich potřeby služby prokazuje. A divili se všichni tito učitelé moudrosti jeho, takže patrně mohl s žalmistou prohlašovati: „Nade všechny učitele své jsem rozumnější učiněn; nebo přikázání tvá jsou rozjímáním mým,“ neboť v jeho mysli zářil toliko jas drahocenné perly. Hospodin mu také ráčil za jeho zbožnost uděliti milost převelikou, že i v přemnohých bitvách byl vítězem.

Výraz tváře měl vznešený, zachovával cudnou zdrženlivost, ačkoliv je to řídká ctnost u mužů ženatých, a toužil ukončiti pozemský život smrtí mučednickou. S mírnými rozmlouval vždy laskavě, nemírné však, tuláky a lidi oddané obžerství a opilství nebo chtějící odpadnouti od pravé víry a přímé cesty povolával k sobě, aspoň pod záminkou společného stolování, jestliže jich nemohl jinak dostihnouti, a dával je v božské rozhorlenosti mocně bičovati důtkami. Proti odvěkému nepříteli chápal se ustavičně štítu víry a mečem Ducha svatého, jenž je Slovo boží, neúnavně potíral pozemské mocnosti tohoto světa. Byl totiž bez úhony pravý ctitel Kristův a mnohé podle apoštolských příkazů přesvědčoval, zapřísahal a káral neúnavně, všechny k hostině pravého Hospodáře zval a ty, které vyrval ze chřtánu ďáblova a do lůna svaté Matky církve uvedl, ustavičně posiloval božským pokrmem. Když potom milost boží vnukla jeho srdci myšlenku, aby zbudoval Hos-

nensem ad pontificem, in cuius, ut prediximus, tunc temporis diocesi constabat Bohemia, secundum statuta ut canonum licenciam illi pontifex tribueret edificandi basilicam, inquiens: Pater meus templum Domino in honore olim statuit beati Georgii, egomet vero licencia cum vestra eodem gestio condere more beati in honore Christi martyris Viti. Quibus venerandus auditis pontifex, graciarum cum accione Christum ad dominum extendendo manus profatur: Filio meo felicissimo Wenceslao hec, redeuntes, mandata referte: Ecclesia tua iam venustissime ante Dominum constructa extat. Auribus princeps captatis quibus, exhilaratur corde, fundamenta mox ecclesie iecit parietesque optime locavit.

Nec hiis contentus, verum limina beatorum apostolorum Petri et Pauli Rome adire voluit, quo papam illius temporis expeteret, quatinus eum monachicis indutum vestibus attonderet in clericum, proque Dei amore principatum relinquens fratri suo, heu, nimium secularibus intento actibus, contraderet, ipseque pacifice degens, oviculas aliquantulas Christo domino aggregaret. Quod et opere implesset, nisi illum prenotatum basilice impediret opus. Verum inimico humani generis ipsis ab exordiis inpungnante fidelium turmas, dum inevincibilem famulum Christi totus evincere nequit, arma ad antiqua vertitur, fidem Christianam evertere nitens. Nam fratrem eius iuniorem, quem et in anterioribus Cayn coequavimus et paulo post mencionem fecimus, relictis cui cunctis secularibus pompis universa disponebat tradere, consiliis malignorum preventum quam plurimis, qui sese dolebant assveta relinquere et illicita agere minime licere, in fratrem suum sanctissimum arma odii necisque exacuit. Cunctorum ipse quorum, Spiritu sibi Ps 41,2



podinu chrám ke cti blahoslaveného Víta mučedníka, vypravil posly k biskupu řezenskému, k jehož diecési, jak jsme svrchu pověděli, v té době Čechy náležely, aby mu podle kanonických předpisů udělil povolení postaviti basiliku, vzkazuje mu toto: „Otec můj vystavěl kdysi Hospodinu chrám ke cti blahoslaveného Jiří, já pak s vaším svolením toužím zbudovati podle téhož obyčeje chrám ke cti blahoslaveného mučedníka Kristova Víta.“ Když to vyslechl ctihodný biskup, rozpjal ruce s díkůčiněním ke Kristu Pánu a pravil: „Synu mému, přeblaženému Václavovi vyřiďte, až se navrátíte, tento vzkaz: Chrám tvůj již před Pánem překrásně vystavěn stojí.“ Když to uslyšel kníže, zaradoval se v srdci, brzy položil základy kostela a i zdi jeho výborně postavil.
Ale tím nebyl ještě spokojen, nýbrž chtěl putovati do Říma k prahům blahoslavených apoštolů Petra a Pavla, aby si vyprosil od tehdejšího papeže, aby mu oblekl šat mnišský a posvětil ho na kněze, a aby se potom z lásky k Bohu vzdal knížectví a postoupil je svému bratru, až příliš, běda, oddanému světským zájmům, a sám aby v míru žije nějaké nové ovečky stádu Krista Pána získal. A byl by to vskutku učinil, kdyby mu v tom nebyla zabránila stavba basiliky, o níž se stala už zmínka. Avšak nepřítel pokolení lidského, jenž od samého počátku světa útočí na zástupy věřících, když nemohl nepřemožitelného služebníka Kristova ani s celou svou silou přemoci, uchýlí se k staré zbrani, snaže se zničiti víru křesťanskou. Neboť jeho mladšího bratra, kterého jsme v předešlém vypravování přirovnali ke Kainovi a v jehož prospěch se hodlal, jak jsme se později zmínili, všeho vzdáti a odložiti veškerou nádheru světskou, obelstil přemnoha radami zlých lidí, kteří těžce nesli, že musí zanechati svých zvyků a že ne-

inspirante almo, prescius, veluti cervus fluenta aquarum siciens, haut aliter martyrii exoptabat adipisci glorie palmam - verumtamen minime fratris sui de manu, interitum perhennem metuens eius - in Christo semper fiduciam habebat.

⟨7.⟩

Agebantur vero hec temporibus Henrici, regis Saxonum, qui primus inter ipsos, Christo sibi propicio, dyadema inposuit, cui felix isdem amicus iungebatur assidue. Ergo ut cepta insequamur: Boleslaus igitur domum propriam seu curtim habens in urbe, cognomine vocitata suo, undique iam iaculis dyaboli sauciatus cupiditateque regnandi accensus, dum sollempnitas beatorum Cosme et Damiani martyrum, que biduo ante beati archangeli Michaelis colitur, instaret, inibi quoniam in honore eorundem sanctorum consecrata habetur ecclesia, capiunde occasionis causam ratus, prefatum fratrem suum felicem dolose ceu ad convivium accersit, sed ut revera patuit, pocius ad immolandum. Que cuncta sibi notissima forent quamvis, tamen animo intrepido manens, cunctos sibi familiaritate amiciciaque iunctos exosculans, ultimumque vale faciens, profectus est armis munitus fidei.

Quo cum pervenisset, cuncta sibi dupliciter parata reperit, convivium scilicet ingenti cum apparatu inimicorumque validam armatorum occultorum ma-
1 num. Ecclesiam deinde petens, missarum sollempniis rite peractis, Deo sanctisque Cosme et Damiano,



smějí konati věcí nedovolených, a zbraní vražedné nenávisti proti přesvatému bratru jej podnítil. Ačkoli však tento vnuknutím Ducha svatého to všechno předvídal, přece nejinak, než jako když jelen žízní po tekutých vodách, toužil dosáhnouti palmy slávy mučednické - ovšem nikoli z ruky bratra svého, neboť se obával jeho věčné záhuby - a v Krista stále důvěru choval.

7.

Dály se pak tyto věci za časů Jindřicha, krále Sasů, jenž si u nich první z milosti Kristovy korunu na hlavu posadil a s nímž byl tento blažený muž spjat ustavičným přátelstvím. Než pokračujme dále. Tedy Boleslav, jenž měl vlastní dům nebo dvorec na hradě nazvaném podle jeho jména, jsa již ze všech stran bodán střelami ďáblovými a touhou po vládě rozněcován, když nastával svátek blahoslavených mučedníků Kosmy a Damiána, jenž se slaví dva dny před blahoslaveným archandělem Michaelem, domnívaje se, že je nyní vhodná příležitost, poněvadž je tam chrám zasvěcený ke cti těchto svatých, pozve jmenovaného bratra svého blaženého lstivě k sobě jakoby na hostinu, spíše však, jak skutek ukázal, na smrt. Ačkoli však to všechno bylo tomuto dobře známo, přece zachovávaje si mysl statečnou, rozloučil se polibkem se všemi přáteli a příbuznými a poslední sbohem jim dav, vydal se na cestu, chráněn jsa zbraní víry.

Když tam přišel, shledal, že je všechno pro něho dvojace připraveno, totiž i hostina s velkou nádherou vystrojená i silná četa tajně ozbrojených nepřátel. Odebral se potom do chrámu a když se řádně zúčastnil bohoslužby, poručiv se Bohu a svatým Kosmovi

quorum festiva anniversariorum celebratur dies, semet commendans domum convivii letabundus ingreditur. Cumque iam residencium corda malivolorum, olim infecta felle homicidii, cibis potibusque incalescerent, absconditum paulisper aperire vulnus cepere. Mucrones siquidem gestantes sub amictibus post tergumque eosdem occultantes, semper de ictibus meditantes, ter surrexere terque identidem resedere, gubernatore Deo patrare illud eos vetante, uti forsan crastinum sanctificare optante diem, a sollempniis vacantem. Sanctus igitur bachantes cernens ipsos, intrepidus persistens, mensam quantocius sustollere acceleravit. Secedentemque paulisper loco a convivii amicorum ipsius unus aggreditur, inquiens: Equum preparo en tibi occulte, quo ascenso quantocius ab hiis discedere, mi domine, tempta; imminet enim mors tibi. Cui nec ad punctum acquiescens, rursus locum convivii petens, calice accepto, precaria coram omnibus potans, alta profatur voce: In nomine beati archangeli Michaelis bibamus hunc calicem, orantes et deprecantes, animas quo nostras introducere dignetur nunc in pacem exultacionis perpetue. Cui cum quique fideles respondissent: amen, hausto potu universos deosculans, hospicium repetit et membra delicatissima quieti indulgens ac Deo teste precibus et psalmodiis diu insistens, tandem fessus quievit.

Advenit et tempus celebrandarum vigiliarum, quibus beatus vir, ut semper, devotus interfuit. Sane in tantum sancta anima Christiane religionis et ecclesiastici propositi vigori favebat, ut quod perfectissimorum monachorum dicimus esse insigne, totam Veteris testamenti historiam in ipsis vigiliis coram se legere suo
1 tempore suos compelleret. Sed et sacrosanctis diebus, pasche dico et penthecostes sabbatis, quando baptis-



a Damiánovi, jejichž výroční slavnost se toho dne konala, vstoupil vesele do domu hodovního. A když se srdce hodujících zlosynů, dávno napuštěná jedem vraždy, již rozehřívala pokrmy a nápoji, počali ponenáhlu ukazovati skrytou zbraň. Neboť měli meče pod plášti a za zády je skrývali, a stále na útok pomýšlejíce, třikrát povstali a třikrát zase usedli, poněvadž Bůh jim svou mocí zabránil ten čin vykonati, snad proto, že si přál posvětiti zítřejší den, na nějž dosud nepřipadl žádný svátek. Když tedy světec pozoroval, jak jsou rozdivočeni, zachoval sice nebojácný klid, ale přece spěchal, aby se co nejdříve zvedl od stolu. A když odcházel, přistoupil k němu nedaleko od místnosti hodovní jeden z jeho přátel, řka: „Hle, připravil jsem ti potají koně, vsedni na něj, můj pane, a hleď co nejrychleji odtud odjeti. Neboť hrozí ti smrt.“ On však nic nedbaje na jeho slova, vrátil se zase do místnosti hodovní, chopil se poháru a pronášeje přede všemi přípitek prosebný, zvolal povýšeným hlasem: „Ve jménu blahoslaveného archanděla Michaela, vypijme tento pohár s prosbou a modlitbou, aby ráčil uvést naše duše nyní v pokoj věčné radosti.“ A když mu někteří jeho věrní odpověděli: amen, vyprázdnil číši a políbiv všechny, vrátil se do svého hostinského příbytku a dopřávaje svým převzácným údům odpočinku, když se dlouho k Bohu modlil a žalmy zpíval, konečně unaven usnul.

I přiblížil se čas slaviti vigilie, jichž se blahoslavený muž, jako vždy, pobožně účastnil. Neboť tak zajisté lpěla jeho svatá duše na zvyklostech náboženství křesťanského a řádu církevního, že si dával od svých lidí předčítati o samých vigiliích v předepsané době celé vypravování Starého zákona, což pokládáme za známku nejdokonalejších mnichů. A o největších svátcích, v sobotu velikonoční a svatodušní, kdy se

ma generale celebrari solet in sancta Dei ecclesia, ut nichil ex hiis, que Dei sunt, sibi deesset, si parvuli scrutiniorum tempore non inveniebantur, mittebat ad forum et pueros, quotquot venales manus vendentis attulerat, pro solius Dei amore sibi emebat et ita deitatis operi operam beatus spiritus dans, nunquam quidquam consuetudini divine deesse sufferebat.

Legis hec, pontifex alme, et que vix ipsos summi in ecclesia gracia Dei viros [vix] implere potuisse noveras, layci ordinis virum et eundem ducem et prepositum unius gentis, que et gencium ferox ipsa natura habetur, adimplesse tenuissime miraris. Oro, pro ingenito tibi sapiencie fonte, patrum felicissime, mecum et scripta et scribenda laude digna extollas, quia sicut iusseras, preter ea, que tuo ore audieram, aut mecum a fide et sanctitate plenis vera compereras, aliqua stilo perstringere omnino refugio. Sed cepta ut prosequamur!

Beatus martyr mox gloria honoris et operis perseverancia coronandus, ut diximus, matutinam laudem Deo redditurus, ecclesiam matrem petit. Hac autem gracia adeo vir eterne memorie florebat, ut nulli esset dubium eum ante lucem, vota ut persolveret, sanctitatis ianuas aditurum. Et hanc horam alter Cayn prestolans, neci peragende oportunam existimabat. Certe video, quia quidquid unquam Sanctarum scripturarum pagina implendum nunciaverat, usque ad unum iota consumabuntur, que et male agentibus
alludit, cum dicit: Omnis, qui male agit, odit lucem. I 3,20
Ante noctem siquidem frater sancti martyris, non iam frater, sed perversus parricida, presbytero ecclesie



konává hromadný křest v svaté církvi boží, aby nic z toho nechybělo, co Bohu náleží, jestliže se v čas křestních zkoušek neobjevily žádné děti, posílal na tržiště a všechny mladé otroky, které tam prodavači na prodej přivedli, jen z lásky k Bohu si kupoval, a tak svým dílem dílo boží podporuje, nesnášel nikdy tento blahoslavený duch, aby při božím obyčeji něco chybělo.

Čteš toto vypravování, milostivý biskupe, a nesmírně se divíš, jak to, co sami kněží církevní z milosti nejvyššího Boha, jak víš, stěží by dokázali, velmi svědomitě konal muž stavu laického, k tomu ještě stojící v čele národa, jenž je pokládán podle své přirozené povahy za národ zvlášť divoký. Prosím Tě, otče nejblaženější, abys čerpaje z vrozeného Tobě zdroje moudrosti, společně se mnou ty události, jež jsem vypsal a jež mám ještě vypsati, zaslouženou chválou zvelebil, neboť, jak jsi mi rozkázal, kromě toho, co jsem slyšel z Tvých úst, nebo cos pravdivého společně se mnou vyzvěděl od lidí plných víry a svatosti, ničeho jiného se nehodlám svým perem dotknouti. Ale pokračujme v započatém vypravování!

Blahoslavený mučedník, jenž měl býti, jak jsme pověděli, brzy ozdoben korunou slávy a cti pro vytrvalost v díle, chystá se odebrati k stánku Matky církve, aby jitřní modlitbou chválu Bohu vzdal. Touto pak milostí muž věčné paměti tak slynul, že nikdo nepochyboval, že přijde před rozedněním k bráně svatosti, aby vykonal modlitbu. A na tu hodinu druhý Kain čekal, pokládaje ji za příhodnou k provedení vraždy. Vidím zajisté, že se až do poslední písmeny naplní všechno, co kdy předpověděla kniha Písem svatých, jež i o zle jednajících se zmiňuje, říkouc: Každý, kdož zle činí, nenávidí světla. Neboť před nocí uložil bratr svatého mučedníka, vlastně ne již bratr, nýbrž

sanctorum Cosme et Damiani iniunxerat, ut venienti quidem ecclesiam ingredi omnino negaret, ne forte militibus eius fidelibus seu camerariis eius, qui adhuc lecto detinebantur, vel populis supervenientibus liberaretur et ne sanguinis effusione et sceleris opus ecclesiam fedare et infringere videretur.

Dum ista scribo, ecce ad mentem venit Iudeorum I 18,28
iniqua congressio, qui quidem ingressu pretorii Pylati contaminari, sed mortem Domini non pertimescebant. Sic et iste proprii germani infelix carnifex parietes ecclesie sanguine polluere timet, qui manus a fraterna cede non abstinet. Tuo, omnium hostium severissime, verbo condempnaris et confoderis, qui eo, quem fundis, cruore, loca sancta infici perhorrescis. Sed factum est, ut iusseras. Nam precioso martyre ante matutinarum laudem ecclesiam properante cupientique ante popularem strepitum Deum patrem in cubiculo sui sanctissimi cordis secretissime exorare, interim fraterne insidie preparantur et gladius ad victimam Christo preparandam exacuitur. Sed quid dolorem cordis, quid lacrimas oculis congemino, dum mortem iusti, transitum innocentis multis sermonibus cogor enarrare? Habet certe plurima verba dolor ingens. Sed passionem sancti martyris avide scire cupientibus ne diu differam.

Surgit mox victima Christi futurus beatus Wenceslaus, ecclesiam sancto suo illo more properare siciens, oracioni quo sibi prolixiori secretissime procumbere liceret, priusquam popularis adventasset conventus, et ut pastor bonus cum grege communes matutinarum laudes vel audire vel percantare cupiens, insidiarum mox laqueos perpetitur. Nam presbiter illius Dn 13,5



zvrhlý bratrovrah, knězi kostela svatého Kosmy a Damiána, aby tomuto, až bude přicházeti, zabránil vůbec vkročiti do kostela, aby snad nebyl vysvobozen od svých věrných dvořanů a služebníků, kteří se dosud na lůžku zdržovali, nebo od sběhnuvšího se lidu, a aby nebylo třeba poskvrniti a znesvětiti kostel zločinným krveprolitím.

Zatím, co toto píši, ejhle, přichází mi na mysl vzpomínka na nespravedlivé shromáždění Židů, kteří se sice báli, že by se poskvrnili, kdyby vstoupili do úřadovny Pilátovy, ale Pána usmrtiti se nebáli. Tak i tento neblahý katan vlastního bratra stěny chrámu krví poskvrniti se bojí, ale rukou svých od bratrovraždy nezdržuje. Svým vlastním výrokem, ty nejkrutější ze všech vrahů, jsi odsuzován a poražen, když se hrozíš, že by krví, kterou proléváš, bylo potřísněno místo svaté. Ale stalo se, jak jsi rozkázal. Neboť mezitím co vzácný mučedník spěchal před jitřní pobožností do chrámu, touže se pomodliti k Bohu Otci co nejskrytěji v pokojíku přesvatého srdce svého, nerušen ještě šumem zástupů, chystá se proti němu úklad ze strany bratrovy a meč je broušen, aby Kristu byla oběť připravena. Ale proč bolest v srdci, proč slzy v očích dvojnásob rozmnožuji, když se nutím smrt spravedlivého a konec nevinného obšírně vypravovati? Má zajisté mnoho slov nesmírná bolest, ale s vypsáním utrpení svatého mučedníka nesmím dlouho otáleti před těmi, kteří dychtivě touží o něm slyšeti.

Vstane blahoslavený Václav, jenž se měl státi brzy obětí Kristovou, neboť prahl podle onoho svého svatého obyčeje pospíšiti do chrámu, aby mohl co nejskrytěji pokleknouti k delší modlitbě, dříve než by se sešel zástup lidu, a zatím co touží jako dobrý pastýř se svým stádem poslouchati a zpívati společné jitřní chvalozpěvy, brzy jest polapen do osidel úkladů.

ecclesie, unus ex hiis, a quibus egressa est iniquitas a Babilone, mox ut virum Dei adventare perspexit, secundum iussionem malignorum ecclesie ianuam clausit. Insurgunt et parate insidie, frater videlicet et omnis eius armatura. Et videns fratrem, Dei electus miles, cum graciarum accione collum ipsius brachiis amplectens ac deosculans, salutat dicens: Bene semper valeas, mi frater, et bonis vite huius ac future locupleteris et te Christus in suo eterno convivio recipiat, qui me heri tanta plenitudine et meos refecisti. Ad que ille superbo spiritu et torvis oculis, erigens ensem manu, quem occulte gestabat sub clamide, respondit: Heri quidem prout tempus dedit, nunc autem sic frater fratri ministrabit! Et vibrans in capite eius ferit gladio, vixque sanguinem, virtute Domini favente, elicere potuit. Tanto horrore enim miser percussus erat rei magnitudine, ut eciam secunda vice feriens, nichil viri fortis se posse agere miraretur. Cuius nudum sua manu ensem beatus Wenceslaus captans: Quam pessime, inquit, agis wulnerando me! Cum vero eum cerneret a cepto minime desistere opere, tandem ipsum, ut aiunt quidam, arripiens, pedibus suis substernens: Eya, inquit, perdite tuo iudicio, vides, ut bestiarum minimam manu propria te conterere valeam, sed absit dextre servi Dei, ut unquam fraterno cruore maculetur. Gladiumque, quem abstulerat, fratri restituit, manum ex eo iam sanguinolentam ferens, ecclesiam velociter properans. Ille vero infelix voce grandi vociferans eumque persequens: Mei, inquit, mei, ubi estis? Domino vestro quam pessime succurritis et tali in angustia constituto misere subvenitis! Tunc omnis malignorum cohors de latebris profugi, cum gladiis et lanceis multis prorumpentes, vulneribus gravibus laniantes, interimerunt ⟨eum⟩ ante ecclesie ianuam. Tunc eciam sancta



Neboť kněz toho kostela, jeden z těch, od nichž vyšla nepravost z Babylonu, hned jak spatřil muže božího přicházeti, podle příkazu zločinců zavřel dveře kostelní. Povstanou i připravení úkladníci, totiž bratr s celou svou ozbrojenou četou. A spatřiv bratra, vyvolený vojín boží, chtěje mu díky vzdáti, obejme pažemi jeho šíji a líbaje ho, pozdraví ho slovy: „Buď stále zdráv, můj bratře, oplývej statky života pozemského i budoucího a ať tebe Kristus přijme k své věčné hostině, jako tys včera mne a mou družinu s takovou štědrostí pohostil.“ Ale na to on odpověděl zpupně a s posupným pohledem, vytasiv rukou meč, který měl skryt pod pláštěm: „Včera ovšem, jak chvíle toho žádala, jsem tě pohostil, nyní však takto bratr bratru poslouží!“ a máchnuv mečem, udeřil ho do hlavy, ale poněvadž tohoto moc Páně chránila, stěží dokázal, že mu krev vytryskla. Neboť hrůzou nad krutostí svého činu byl ten bídník tak ochromen, že i když po druhé udeřil, s údivem shledal, že nedokáže nic, co by bylo hodno silného muže. A tu blahoslavený Václav, zachytiv svou rukou jeho obnažený meč, pravil: „Jak špatně jednáš, že mne zraňuješ!“ Když však zpozoroval, že on nikterak neupouští od započatého skutku, konečně ho uchopil, jak někteří praví, a sraziv ho k svým nohám řekl: „Hle, vidíš ty, jenž ses svým vlastním rozhodnutím zahubil, jako maličké zvířátko bych tě mohl svou rukou rozmáčknouti, ale daleka toho budiž ruka služebníka božího, aby se poskvrnila krví bratrovou.“ A vrátil bratru meč, který mu odňal a maje ruku od něho již krví potřísněnou, rychle spěchal ke kostelu. Avšak onen bídník běže za ním, volal hlasem velikým: „Druhové moji, druhové moji, kde jste? Prašpatně pomáháte svému pánu a uboze mu přispíváte, ačkoli je v takové tísni!“ A tehdy vyběhl celý zástup zlosynů ze svých

anima in illo campo certaminis, huius vite liberata ergastulo, sanguine laureata, migravit victrix ad Dominum IIII° kalendarum octobrium, celo gaudente, terra plorante, anno dominice incarnacionis DCCCCXXVIIII.

Eiusque exanime corpus mater, quam nuper peccatis ipsius exigentibus pepulerat rursumque in pace pro Christi amore revocaverat, quibusdam cum fidelibus rapientes, in tumba tandem proicientes, humo cooperuerunt, non ut decebat martyrem, sed ut assolet quisquam honoris aut beatitudinis ⟨expers⟩ mortalium. Sed ille beatus miles ex pena et contumelia numerosiorem surgit ad gloriam et quanto vilius a filiis dyaboli et membris eius martyr preciosus tractatur, tanto carior suo Domino et concivibus celorum presentatur. Efficitur socius angelorum, consors apostolorum, coheres martyrum, iungitur quieti confessorum, virginum integritati possidetque coronam eterne viriditatis et pulchritudinem perhennis amenitatis. Sicque ducatu terrene nobilitatis, quo quondam strennue pollebat, contempto, regnum celeste dux et martyr verus intravit. Sed nos tante siccitatis et rusticitatis hec sapiencioribus relinquentes, ad simplicem miraculorum eius hystoriam scribendam stilum vertamus!

⟨8.⟩

Sanguis beati martyris, qui ab impiis impie fusus est in terram et per parietes sparsus, lotus est aqua et abstersus. Sed die altera, qui pridem laverunt, regredientes, acsi nunquam aquam inmisissent, reperiunt parietes et terram sanguine infectam, quod rursus ab-



úkrytů a s mnoha meči a kopími proti němu vyrazivše a těžkými ranami se naň sápajíce, zahubili ho přede dveřmi chrámu. A tehdy na tom zápasišti jeho svatá duše vysvobozená z vězení tohoto světa a krví oslavená odešla vítězně k Hospodinu, dne 28. září, zatím co se nebe radovalo a země plakala, léta od vtělení božího devítistého dvacátého devátého.
A jeho bezduché tělo matka, kterou nedávno pro její hříchy zapudil a pak zase v pokoji pro lásku Kristovu zpět povolal, a někteří věrní vzali a jen tak do hrobu je položivše, zemí je přikryli, ne jak se slušelo pro mučedníka, ale jak se děje s obyčejným člověkem, neúčastným cti a blaženosti. Než onen blahoslavený bojovník povstane z utrpení a ponížení k hojnější slávě, a čím potupněji jednali synové ďáblovi a údové jeho s vzácným mučedníkem, tím dražší je jeho příchod Hospodinu a spolunebešťanům. Stane se druhem andělů, společníkem apoštolů, spoludědicem mučedníků, je účasten pokoje vyznavačů, nevinnosti panen a obdrží korunu věčného mládí a krásu nepomíjejícího půvabu. A tak pohrdnuv vévodstvím vznešenosti pozemské, v němž kdysi mocí svou vynikal, jako pravý vévoda a mučedník vstoupil do království nebeského. Ale protože máme tak suchý sloh a jsme tak nevzdělaní, ponechme tuto látku moudřejším lidem a obraťme své pero k prostému vypsání jeho zázraků!

8.

Krev blahoslaveného mučedníka, jež byla od bezbožníků bezbožně prolita a po zemi a po stěnách se rozstříkla, umyta byla vodou a utřena. Ale když tam druhého dne znovu přišli ti, kteří ji před tím smyli, najdou stěny i zemi poskvrněné krví, jako by jich

stergere festinant. Hoc eciam facto tercio, videntes se nichil proficere, discesserunt. Sed idem sancti martyris necatores, eum, quem usque ad mortem persecuti sunt, nec mortuo parcere cupientes, cursu rapido civitatem Pragam adeunt et omnes amicos eius - quos bonos bono adhesisse credimus - diversa et crudeli morte perimunt et infantes eorum vivos in profundo fluvii Wltavie dimerserunt. Quos, quia participes fuerunt passionis, credimus esse effectos et glorie et eorum numerum et nomina licet nos indigni pre multitudine eorum nesciamus, tamen Deum scire et elegisse vere credimus. Adunaverat autem vir beatus, dum adhuc viveret, clericorum non minimam multitudinem et servorum Dei, quos persecutores sancti martyris adeo persecuti sunt, ut vix in patria aliquis eorum remaneret, ut vere in hoc impletum cerneremus, quod de Domino specialius predictum cognoscimus: Percutite pastorem et dispergentur oves gregis. Zch 13,7; Mt 26,31

Ecce autem dum ad narrandum, quanta ira et vindicta Domini in hostes exarserit, stilus procedit, virtutem et mirabilia divinitatis predicare compellor, qui semper iustissimus ultor adest, ut ea, que olim promiserat, fidelis sponsor impleat. Michi, ait, vindicta et ego retribuam. Pars enim illorum, qui in sanctum Domini crudeli animo consurrexerunt vel qui solo assensu participes sceleris tanti extiterunt, a demoniis exagitati, per deserta fugientes, miserabili et digna morte multati, ulterius non comparuerunt, pars arida et sicca usque ad interitum permansit. Alii autem ex iis latrantes rictibus ut canes et stridentes dentibus mortui sunt, omnisque eorum prosapia eruta radicitus, ut ita fatear, interiit. Si qui vero supersunt, stipendiorum sibi victum manibus queritant propriis.

Dt 32,35; R 12,19



nebyli nikdy vodou opláchli, a znovu spěchají je očistiti. Teprve když ještě po třetí to učinili a viděli, že nemají úspěchu, odešli. Ale vrahové svatého mučedníka, nehodlajíce toho, jejž až k smrti pronásledovali, ani po smrti šetřiti, rychlou jízdou do hradu Prahy pospíšili a všechny jeho přátele, - a věříme, že dobří lidé to byli, kteří k dobrému člověku přilnuli - rozličným způsobem krutě zahubili a jejich děti za živa do hloubi řeky Vltavy potopili. A poněvadž byli účastni mučednictví, věříme, že se stali účastnými i slávy, a třebas my nehodní neznáme jejich počtu a jmen pro množství jejich, přece podle pravdy věříme, že Bůh je zná a že si je vyvolil. Shromáždil pak blahoslavený muž, dokud ještě žil, kolem sebe nemalé množství kleriků a sluhů božích, které pronásledovatelé svatého mučedníka tak stíhali, že téměř žádný z nich ve vlasti nezůstal, tak že tu vpravdě vidíme splnění toho, co bylo, jak čteme, zvlášť o Pánu předpověděno: Bijte pastýře a rozprchnou se ovce stáda.

Když však nyní má pero mé vylíčiti, jak těžce hněv a pomsta Hospodinova vzplály proti nepřátelům, aj, musím velebiti divotvornou moc Boha, jenž se vždycky přespravedlivým mstitelem ukazuje, aby jako věrný ručitel splnil to, co kdysi slíbil, řka: Mně náleží pomsta a já odplatím. Neboť někteří z těch, kteří proti svatému Páně s krutou myslí povstali, nebo kteří jen svým souhlasem takového zločinu účastníky se stali, zlými duchy jsouce štváni, na pustá místa prchli a bídnou a zaslouženou smrtí byvše potrestáni, už se neobjevili, někteří pak ochrnutí a neplodní až do smrti zůstali, jiní z nich zase jako psi hubami štěkajíce a zuby skřípějíce pomřeli. A tak celý jejich rod byl, abych tak řekl, z kořene vyhlazen. Jestliže však přece někteří z nich zůstali na živu, vlastníma rukama obživy si hledají.

Requievit corpus beati martyris in ecclesia sanctorum Cosme et Damiani humatum per tres annos. Postea autem revelatum est quibusdam servis Dei, ut eundem Dei servum a loco sepulture in basilicam transferrent sancti Viti martyris, quam in metropoli Pragensi Deo auctore a fundamento construxerat et ornamentis ecclesiasticis adprime decoraverat, in qua aliquando, dum fabricaretur, deambulando dixisse fertur versum psalmigraphi: Hec requies mea in seculum seculi. Et [Ps 131,14] hoc ad laudem et gloriam nominis sui et ad declarandum beati viri meritum pius Dominus fieri dignatus est, quo sole clarius cunctis pateret gentibus, quod Deus omnipotens genti Bohemorum, iamdudum ad se converse, magnum sua pietate patronum preparasset, confirmante Scriptura, quia: In omni gente, qui [A 10,35] timet Deum et operatur iusticiam, acceptus est illi, [R 5,20] et quia: Ubi habundavit delictum, superhabundavit et gracia.

Nunciantur hec fratricide illi, et quia Christiane milicie clamide erat obtectus, magnalibus Dei resistere non valens, quamvis sero, cepit mirari. Tunc misit et noctu corpus sanctum transferri precepit, ea condicione, ut si ante auroram in sedem sepulture sancta membra tradita non fuissent, quibus iniunctum fuerat, omnes se gladio multandos non dubitarent. Venerunt igitur nocte et sacratissimum corpus auferunt, quod plaustro impositum usque ad rivulum quendam, cui vocabulum Rokytnycze est, perducunt. Et ecce aqua adeo excreverat, ut eciam ripas superans prata omnia occuparet, et nichil preter mortem spei dabat corpus sanctum advehentibus. Sed tali in angustia constitutis menti occurrit, ut ipsum sibi misereri deposcerent beati Wenceslai precibus, ut qui idem martyr transferretur, frequentissimis revelacionibus declarare dignatus est, et dicunt: O beate mar-



Tělo blahoslaveného mučedníka odpočívalo pohřbeno v kostele svatého Kosmy a Damiána po tři roky. Potom však zjeveno bylo některým služebníkům božím, aby toho služebníka božího z místa, kde byl pohřben, přenesli do basiliky svatého Víta mučedníka, kterou v metropoli pražské působením božím od základu vystavěl a okrasami chrámovými znamenitě ozdobil a v níž jednou, procházeje se, když byla budována, pronesl prý verš žalmistův: Toť bude obydlí mé na věky věkův. A to ráčil dobrotivý Hospodin způsobiti k chvále a slávě jména svého a na důkaz zásluhy blahoslaveného muže, aby se nad slunce jasněji objevilo všem národům, že Bůh všemohoucí ve své dobrotivosti národu českému, který se teprve nedávno k němu obrátil, velkého ochránce přichystal podle slov Písma, že v každém národě, kdož se Boha bojí a činí spravedlnost, příjemný jest jemu, a že kdež se rozhojnil hřích, ještě více rozhojnila se milost.

Bylo to oznámeno onomu bratrovrahu a poněvadž se skrýval pod pláštěm vojína křesťanského, nemohl odolati zázraku božímu a počal se rozpomínati, třebas pozdě, na svůj hřích. I poslal lidi a nařídil jim, aby přenesli svaté tělo za noci, s tou podmínkou, že nebudou-li svaté údy před svítáním dopraveny tam, kde mají býti pohřbeny, všichni ti, kterým to bylo uloženo, budou zcela jistě mečem utraceni. Přišli tedy v noci, vzali přesvaté tělo a naloživše je na vůz, vezli je až k nějakému potoku, jenž se nazývá Rokytnice. A ejhle, vody v něm tak přibylo, že i z břehů vystoupila a všechny louky zaplavila, a tak ti, kteří tělo vezli, leda smrti se mohli nadíti. A když v takové tísni se octli, napadlo je, aby si modlitbou k blahoslavenému Václavu vyprosili od něho slitování, neboť ten mučedník ráčil přemnoha zjeveními naznačiti, aby byl přenesen. I řkou: „Ó blahoslavený

tyr, quia tue iussioni devota mente studuimus, nunc omnes hostili gladio puniendi tradimur. Simul et laborant, ut pons qualiscunque fabricaretur. Dum hec aguntur, respicientes subito, vident se plaustrumque cum corpore preciosi martyris ea parte fluvii, qua ire disposuerant, constitutos.

Quod videntes sancti martyris ministri, Deum et sanctum suum voce grandi et toto corde collaudant, qui famulos suos, tali discrimine positos, potenti tam virtute liberaverat. Hinc pietas Domini, hinc meritum servi tali miraculo patuit, hinc gloria Dei et hinc virtus martyris declaratur, dum et corpus digna translacione veneratur, et exequiarum eius baiuli tali virtute sunt liberati. Ad fluvium quoque properantes Wltave, pontem fractum reperientes, ingemiscunt, insuper et gravari ceperunt ac omnino eum sustollere non valentes, rursus precibus insistunt, quo eis solita pietate succurreret, ne vitam presentem amitterent, quoniam secundum edictum principis gallicinium matutinum transibat. Mox se exauditos intuentes, sustollunt eum humeris, ac si nil oneris umquam habuisset, pontemque fractum sine obstaculo transisse se gratantur.

Venerunt igitur sine aliquo obstaculo aut impedimento ad locum, quem sibi olim sanctus preparaverat. Tunc quoque accenso lumine intuentes, viderunt corpus eius integrum et omnia vulnera eius sanata, preter vulnus illud unum, quod frater eius crudelissimus capiti eius inflixerat. Et quidem quamvis ⟨locus⟩ sanus foret, a reliquis tamen distabat, velut quodam limo albo [nive] tectus, quod eciam studuerunt abluere, similisque reliquis apparuit.
In eadem vero hora ferunt inter reliquos eiusdem se-



mučedníku, poněvadž jsme hleděli vyhověti zbožně tvému rozkazu, nyní máme býti všichni potrestáni mečem vražedným.“ Ale přece se namáhají, aby zhotovili most, ať už jakýkoliv. Mezi touto prací se najednou ohlédnou a vidí, že stojí i s vozem, na němž bylo tělo vzácného mučedníka, na té straně řeky, kam chtěli přejíti.
I vidouce to sluhové svatého mučedníka, velikým hlasem a z celého srdce velebí Boha a svatého svého, že své služebníky v takovém nebezpečí postavené tak zázračnou pomocí vysvobodil. Tak se dobrotivost Hospodinova, tak se zásluha služebníka jeho takovým divem ukázala, tak sláva boží a tak moc mučedníkova byla dosvědčena, když i tělo jeho důstojným přenesením bylo uctěno i nosiči jeho ostatků takovým zázrakem byli vysvobozeni. Spěchajíce dále k řece Vltavě a shledavše, že jest most porušen, jali se naříkati a nadto ještě počali býti zemdleni, a nemohouce tělo světcovo vůbec pozvednouti, znovu se počali modliti, aby jim podle svého obvyklého milosrdenství pomohl, aby neztratili života časného, poněvadž už míjelo jitřní kuropění, knížetem za lhůtu určené. A brzy poznali, že byli vyslyšeni, zvedli jej na ramena, jako kdyby nebyl nikdy nic vážil, a přešli bez nesnází prolomený most, díky Bohu vzdávajíce.
Došli pak už bez překážky a zdržení k místu, které si kdysi světec přichystal. Když pak tu zapálili světlo a na něho pohlédli, viděli, že jeho tělo je neporušeno a všechny jeho rány že jsou zahojeny, mimo tu jedinou ránu, kterou mu jeho přeukrutný bratr do hlavy zasadil. Vlastně, ačkoliv i toto místo bylo zahojeno, přece se od ostatních lišilo, jako by bylo nějakou bílou mázdrou pokryto. Také tuto hleděli tedy smýti i ukázalo se, že je stejné jako ostatní.
V téže pak době byl prý mezi lidmi, kteří se starali

pulture procuratores quendam venerabilis vite affuisse clericum, qui huic sancto, dum hac lucis vita pociebatur, amicus fidissimus nectebatur. Qui corpus sanctissimum dum per singulos palparet artus, manum sancti, lacrimarum imbre perfusus oculis, manui sue inpositam leviter ungulas ipsius attrectabat, ex quibus unam vacillantem reperiens, lacrimosa ad socios voce profatur: Peccatoribus, inquit, ve nobis, quoniam corrupcioni cernitur proximum fore sacratissimum corpus hoc. Ecce enim et titubantes parent ungule. Quem reliqui increpantes: Quare, inquiunt, frater, talia profaris, ac intellectu capaci haut prospicis, quod obedicionis tue causa, qua fervebas, reliquias tibi sui corporis inpartiri cupit? At ille pugno pectus tundens: Vere, inquit, vere, et existimo fore ita. Apprehensaque rursus sanctissima manu ungulam repetendo tangit, quam ita firmiter carni relique herentem reperit, ac si nulla vacillacionis signa paruissent in ea.

Auricula quoque eius, que funditus abscisa ictu gladii fuerat atque a sorore ipsius, eodem revelante, inventa fuerat, sanissima iunctaque loco suo invenitur. Siquidem memorata venerabilis matrona, soror videlicet beati martyris, Pribislawa vocabulo, ab ipsis cunabulis Christo domino edocta fuerat servire Deo secundum documenta ewangelica sine querela. Postquam enim L 1,6 eam Dominus a iugo maritali solverat, totam se mancipaverat Deo famulandam, estuandi siciens animo velamine sacro contegi, die noctuque instanter oracionibus, vigiliis ieiuniisque persistens. Huic in visione beatus Wenceslaus astitit et inquit: Auriculam mihi persequentes me absciderunt, que actenus inter arborem, que ecclesie iungitur, parietesque ipsius ecclesie iacet, ex quo tempore abscisa fuerat. Hac comperta revelacione matrona venerabilis sompno sese excu-



o ten pohřeb, nějaký duchovní ctihodného života, jenž byl spjat s tím světcem, dokud žil na tomto světě, nejvěrnějším přátelstvím. A ten hladě přesvaté tělo po jednotlivých údech, vzal ruku světcovu do své ruky, maje oči zality proudem slz, a jak se lehce dotýkal jejích nehtů, shledal, že jeden z nich je uvolněn. I promluvil žalostným hlasem ke svým druhům: „Běda nám hříšníkům, přesvaté tělo jest, jak se zdá, velmi blízké zkáze. Neboť, ejhle, nehty se již zjevně viklají.“ Ostatní však kárajíce ho, pravili: „Proč takto mluvíš, bratře, což tvůj rozum nechápe, že za oddanost, s jakou jsi k němu lnul, chce tobě poskytnouti kousek ostatků ze svého těla?“ A tu on bije se pěstí v prsa řekl: „Věru, věru, myslím i já, že tomu tak jest.“ A uchópiv znovu přesvatou ruku, dotkne se opět nehtu, ale shledá, že tak pevně tkví v mase, jako by se na něm nebyla před tím ukázala ani známka uvolnění.

Také ucho jeho, které mu bylo ranou meče docela uťato a které našla jeho sestra, poučena jeho zjevením, bylo nyní nalezeno zcela zdravé a k svému místu přirostlé. Neboť řečená ctihodná paní, totiž sestra blahoslaveného mučedníka jménem Přibyslava, byla naučena od samé kolébky Kristu Pánu sloužiti podle přikázání evangelia bez úhony. Když ji totiž Hospodin zbavil jha manželského, zcela se oddala službě boží, horoucně toužíc zahaliti se rouchem posvátným a ve dne v noci ustavičně na modlitbách, v bdění a postech trvajíc. K té přistoupil ve vidění blahoslavený Václav a pravil: „Ucho mi uťali pronásledovatelé moji, kteréžto od té doby, co bylo uťato leží dosud mezi stromem stojícím vedle kostela a zdmi kostela samého.“ Obdrževši toto zjevení vytrhla se ctihodná paní ze spánku a vyhledavši to místo u kostela, na-

ciens ecclesieque expetens locum, thezaurum auricule sanctissime, ubi et locata fuerat, reperit eamque cum reverencia gaudioque magno sumens, omnipotenti Deo gracias referens, monumentum fratris dominique sui ac martyris adiens, cum quibusdam fidelissimis maxima cum reverencia aperuit, auriculamque imposuit et cum diligencia rursus clausit. Que post translacionem glebe ipsius venerabilis ita incorrupta iunctaque carni relique, ut prediximus, inventa est, ac si nec vestigium ferri unquam passa fuisset.
Venientes igitur, quotquot adesse poterant, clerici et populi, cum ymnis et canticis condiderunt corpus sanctum in sarcophago et sepeliverunt in basilica sancti Viti martyris, ubi Domino opitulante meritis sancti Wenceslai martyris multa et innumera operantur miracula ad laudem et gloriam nominis Christi domini nostri. Celebratur autem translacio eius IIII. Nonas Marcii, prestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum, amen.

⟨9.⟩

Nunc Deo auctore de novo martyre sincere scire volentibus nova miracula pandam.

Post passionem et triumphum athlete Dei gloriosi, post excessum syderis, in tota terra suo merito fulgentis, qui sibi olim, ut dixeram, devote adheserant, vel quos ad serviendum Christo aggregaverat, partim ab impiis gladio necatis, partim fluviali sepulture iniquorum manibus traditis, ceteris in omni orbe fuga dispersis, unus militum, Podiven nomine, quem comparticipem et consocium universorum operum, que dudum a martyre gerebantur, fuisse diximus et de



lezla poklad přesvatého ucha, kde vskutku leželo, a zvednuvši je s úctou a velikou radostí a všemohoucímu Bohu díky vzdávajíc, šla k hrobu bratra a pána svého a mučedníka, s několika nejvěrnějšími v největší uctivosti jej otevřela, ucho tam vložila a s veškerou bedlivostí zase jej zavřela. Toto ucho bylo tedy po přenesení jeho ctihodného těla nalezeno, jak jsme prve řekli, tak neporušené a k tělu přirostlé, jako by se ho meč nikdy ani nedotkl.

Shromáždivše se tedy kněží i zástupové, kolik jich přijíti mohlo, uložili za zpěvu hymnů a písní tělo do rakve a pochovali je v basilice svatého Víta mučedníka, kde přispěním Páně pro zásluhy svatého Václava mučedníka mnohé a nesčetné zázraky se dějí k chvále a slávě jména Krista Pána našeho. Slaví se pak památka přenesení jeho 4. března, z milosti Pána našeho Ježíše Krista, jenž s Otcem a Duchem svatým živ jest a kraluje na věky věků, amen.

9.

Nyní s pomocí boží budu vypravovati těm, kteří upřímně si přejí býti poučeni, o novém mučedníku nové zázraky.
Když po umučení a vítězství slavného bojovníka Kristova a po zapadnutí hvězdy, jež po celé zemi svou zásluhou zářila, byli ti, kteří k němu, jak jsem řekl, oddaně přilnuli a které kolem sebe shromáždil, aby Kristu sloužili, jednak od bezbožníků mečem pobiti, jednak rukama nespravedlivých v řece pohřbeni a ostatní se po celém světě rozprchli, jeden člen jeho družiny jménem Podiven, o němž jsme řekli, že byl účastníkem a společníkem všech skutků, které mučed-

quo promiseramus dicturos nos, quod manibus habemus, domino suo ex hac migrante vita ad Christum, aput Theutonicos fuga labens, diu exulatus est. Post vero, ratus pacem redditam patrie, ad sua reversus, temporis aliquantum in propriis deguit, diu sese occultans. Qui quo amoris fervore, qua fidei integritate dominum suum, dum vixerat, dilexit, dicerem, si res ipsa, quam scribere cupio, satis indicii non fuisset.

Hic quadam dierum secum dolorem, quem, ex quo seniorem suum perdiderat, menti habuerat, durius solito revolvens, assumens gladium, ad domum cuiusdam festinus properat, quem caput persuase necis contra sanctum Wenceslaum coniurasse noverat et cuius manibus eundem beatum interfectum precipue sciebat. Et veniens, invenit eum in asso balneo, quod populari lingua stuba vocatur, recumbentem. Sed ille, hunc venientem videns, more gentis salutare curavit, dicens: Salveris, amice, salveris. Hic vero, cuius precordia dolor excoxerat, e contra respondit: Mee salutis provisor Deus aderit, tu vero abhinc omni salute privatus et in tuo peccato moriens, in eternum peribis. Et irruens, interfecit eum, et fuge presidio sperans se posse salvari, festinus exibat. Et silvam ingressus, dum iam securus procederet, mors militis et factum occisoris fratricide illi nunciatur. Et mox ipsis apparitoribus silvam circumdari fecit et illico comprehensus, laqueo appensus est.

Grande aliquid dicturus, fateor pro sui magnitudine me deliberasse, ut silerem, sed ora plurimorum sciencium hec luce clarius quia incessanter predicant, me silere indignum putavi. Pependit ibi tribus annis; non avis, non bestia, non ipsa humane carnis consump-



ník prve konal, a o němž jsme slíbili vyprávěti, k čemuž se nyní strojíme, když jeho pán odešel z tohoto světa ke Kristu, uprchl k Němcům a žil tam dlouho ve vyhnanství. Později však, když se domníval, že byl ve vlasti pokoj obnoven, vrátil se zpět a nějaký čas se zdržoval doma, dlouho se skrývaje. I pověděl bych o něm, jakou vroucí láskou a s jakou neporušitelnou věrností miloval svého pána, dokud byl na živu, kdyby sama ta věc, o níž chci psáti, nebyla toho dostatečným důkazem.

Ten pociťuje jednoho dne krutěji než obyčejně bolest, kterou v srdci choval od té doby, co ztratil svého pána, chopil se meče a rychle pospíšil do domu nějakého muže, o němž věděl, že byl hlavou spiknutí směřujícího k zavraždění svatého Václava a že především jeho rukama byl tento blahoslavený usmrcen. A když tam přišel, našel ho ležícího v parní lázni, jež se nazývá v obecné řeči stuba. Tu on vida jej přicházeti, pozdravil ho po způsobu lidovém: „Buď zdráv, příteli, buď zdráv." Tento však, maje srdce bolestí rozbouřené, odpověděl mu: „O mé zdraví a spásu se Bůh postará; ty však jsi již dříve všeho zdraví a spásy pozbyl a proto ve svém hříchu zemřeš a na věky zahyneš." A obořiv se na něho, usmrtil ho. A doufaje, že se může zachrániti útěkem, kvapně odešel. I uchýlil se do lesa, ale když se tam již bezstarostně pohyboval, smrt dvořanova a vražedný čin byly oznámeny onomu bratrovrahovi a ten dal les rychle obklíčiti svými služebníky a hned ho chytili a oběsili.

Veliký div hodlaje nyní vypravovati, přiznávám se, že jsem se pro jeho velikost rozmýšlel, zda nemám o něm pomlčeti, ale poněvadž jej ustavičně hlásají ústa přemnohých, kteří se o něm nad slunce jasněji přesvědčili, pokládal jsem za nedůstojné sebe, abych

cio et putredo in corpore eius prevaluit, sed more viventis ungues et barba excrevit et capilli eius usque ad summam caniciem albi effecti sunt. Tandem tedio victus ille fratricida, quia miraculum Domini ubivis gencium declarabatur, in eodem loco eum humo cooperiri fecit. Sed nec ita opera Dei abscondi potuerunt, quin ad manifestanda populis sui servi merita lumen celeste noctu a transeuntibus frequentissime super sepulchrum eius accensum videretur. Tam diu hoc actum est, donec undecumque advenientes, donaria offerre inciperent et supra tumbam sepulti devocionis sue munera darent et vite sue commoda Deo et occiso illi committerent. Post non multum temporis viri illius ex loco illo sublatum est corpus et translatum cum devocione clericorum, virorum mulierumque devotarum et positum in cimiterio ecclesie sancti Viti, ita ut sanctus Wenceslaus in ecclesia quidem et miles ille foris positus sola maceria dividantur.

Et hanc illi gloriam fides recta acquisivit, in qua, dum advixit, domino suo fideliter deservivit. Nam cum esset universorum dispensator inter tecta sancti Wenceslai degencium, cunctos pene vernaculos extremos usque ad cocos ita instruxerat, quo pene nullus curtensium foret, qui psalmograforum ymnos canere vel stilo exarare ignoraret, vel aliquid ad ecclesiasticum ritum pertinens addisceret. Universos ceu gnatos proprios amplectens, a cunctis quoque ut pater honorabatur. Si quando vero illi elemosina iniuncta fuisset in dispergendis decem nummis, ipse pro fidelitate sui domini addebat quinque. Quando quidem iubebantur in triginta vel eo amplius alimenta pauperes distribui, quindecim ille addebat numerum. Quapropter et a Deo, secundum promissa eius, ewange-



o něm pomlčel. Visel tam po tři léta; ani pták, ani dravá šelma, ba ani přirozený rozklad a hniloba lidského těla se ho nedotkly, nýbrž jako by žil, nehty a vousy mu vyrostly a jeho vlasy zešedivěly až k úplné bělosti. Konečně onen bratrovrah z rozmrzelosti nad tím, poněvadž se všude vypravovalo o zázraku Páně, kázal ho na témž místě do země zahrabati. Ale ani tak skutky boží nemohly býti skryty, ba naopak, aby zásluhy služebníka jeho byly zjeveny lidem, vídali kolemjdoucí velmi často nebeské světlo nad jeho hrobem. To se dálo tak dlouho, až přicházeli lidé odevšad, počali obětní dary přinášeti, na důkaz zbožné úcty na hrob je kladli a ve svých životních starostech k Bohu a k tomuto zabitému o pomoc se obraceli. Po nedlouhé době tělo toho muže bylo z onoho místa vyzdviženo a přeneseno ve zbožném průvodě kněží a nábožných mužů i žen a pochováno na hřbitově kostela svatého Víta, takže svatý Václav, pochovaný v kostele a onen dvořan pochovaný venku, jsou jen zdí od sebe odděleni.

A tuto slávu mu získala upřímná věrnost, s jakou svému pánu po celý život spolehlivě sloužil, neboť když byl správcem nade všemi, kteří žili v domě svatého Václava, téměř všechny domácí lidi až k posledním kuchařům tak vzdělal, že mezi dvořany nebylo téměř nikoho, aby nedovedl hymny žalmistů zpívati a psáti, nebo aby se nenaučil něčemu užitečnému pro církevní obřady. Všechny jako vlastní syny miloval a ode všech také jako otec byl ctěn. Jestliže pak mu bylo někdy uloženo, aby almužnou rozdal deset peněz, sám pro věrnost k svému pánu jich přidal pět. A když dostal příkaz, aby rozdělil potravu třiceti nebo více chudým, sám přidal ještě patnácti. A proto si zasloužil, aby uslyšel od Boha, podle slibu jeho, slova evangelia: „To dobře, služebníče dobrý, protože

licum audire meruit: Euge, serve bone, quia in pauca Mt 25,21 fuisti fidelis, supra multa te constituam. Et cum domino carnali in gaudia omnipotentis Christi meruit intrare manencia sine fine. Lucerneque ardentes in basilica, sanctorum uterque ubi quiescit, nocte vise sunt, vocesque psallencium angelorum a pluribus inibi audite sunt frequenter.

⟨10.⟩

10,1 Igitur sanctus ac sepe memoratus patronus noster venerabilis Wenceslaus licet cunctis se exorantibus opem pietatis ac benignitatis impendat, precipue tamen vinculatis seu carcere trusis suffragari non desistit. Nempe et hinc primum signorum eius patuit misericordie prodigium post translacionem corporis eius venerabilem. Cum enim plurimi reorum, vinculorum nexibus ferreorum astricti, carceris publica ⟨custodia⟩ detinerentur patrie secundum morem ac multiplici pena dampnati, preter solam mortem nichil spei aliquis eorum haberet, quadam nocte inter ipsas angustias positi, Deo id, ut credimus, faciente, venit eis in mentem, ut beatum Wenceslaum sibi misereri deposcerent: Domine Deus, inquiunt, per merita et oraciones senioris nostri Wenceslai, tui sanctissimi testis, nos in tanta angustia positos tua illa antiqua virtute adiuvare digneris. Nocte sequenti, dum omnes in seculo placida quiete pausarent, soli hii miseri, quid requies esset, nescirent, divina potencia, que tribulantibus pie adesse solita est, affuit. Et primum quidem quasi sonus cuiusdam tintinabuli in auribus eorum sonuit, deinde lux cunctis miranda in carcere refulsit. Et subito lignum, quo pedes omnium inclusi tenebantur, velut arcus se incurvabat et mox omnes pedes suos a nervo extraxerunt. Videntes autem Domini vir-



nad málem byl jsi věrný, nad mnohým tebe ustanovím.“ A se svým pánem tělesným zasloužil si vejíti v radost Krista všemohoucího, trvající bez konce. Světla pak planoucí bývalo v noci vídati v basilice, kde oba světci odpočívají, a mnozí slýchali tam často hlasy andělů zpívajících žalmy.

10.

Ačkoliv tedy svatý a časté vzpomínky hodný a velebný patron náš Václav všem, kteří ho prosí, ve svém milosrdenství a dobrotivosti pomoc poskytuje, přece obzvláště uvězněným a do žaláře vsazeným neustává pomáhati. Vždyť tu se také jeho milosrdenství projevilo prvním zázrakem po velebném přenesení jeho těla. Neboť když nějací obžalovaní, spoutaní železnými okovy, byli podle obyčeje své vlasti drženi ve velkém počtu v obecním vězení, k těžkým trestům jsouce odsouzeni, takže žádný z nich se nemohl ničeho jiného nadíti než smrti, napadlo jim v těch úzkostech postaveným jedné noci, jak věříme, působením božím, aby poprosili blahoslaveného Václava, aby se nad nimi slitoval: „Pane Bože,“ řkou, „pro zásluhy a modlitby pána našeho Václava, tvého přesvatého svědka, rač nám v této naší úzkosti svou osvědčenou mocí přispěti.“ Následující noci, zatím co všichni na tomto světě pokojným spánkem odpočívali a jen tito ubožáci nevěděli, co je to odpočinek, boží moc, jež sužovaným často dobrotivě pomáhá, i jim přispěla. A nejprve zazněl jakoby hlas nějakého zvonku v uších jejich a potom světlo podivné jim všem v žaláři počalo zářiti. A najednou dřevo, jímž nohy všech byly sevřeny, ohnulo se jako luk a brzy všichni nohy své z klády vytáhli. Vidouce pak, že

tutem per merita sancti Wenceslai adesse, confortabantur iam spe salutis accepta et continuata voce clamabant: Deus, Domini nostri Iesu Christi pater, adesto nobis, servis tuis in te confidentibus, per merita et oraciones sancti Wenceslai, qui tui nominis amore ab impiis occisus est. Mox affuit Christi virtus et uniuscuiusque torques confracta cecidit de collo in terram. Et dimissi e carcere, ambulantes per girum, narrabant ea, que suis oculis viderant, opera magna Dei.

Hoc igitur miraculo pro sui magnitudine et gloria ubique diffuso contigit quendam paganorum in custodia detentum comperisse, quod sancto Wenceslao maxima esset cura pro hiis, qui in carcere religari solebant, liberandis. Quod audiens, quia ingenti erat necessitate constrictus, votum vovit, dicens: Si Deus sancti Wenceslai et Deus Christianorum me ab hac miseria sua bonitate eripuerit et dignitati pristine restituerit, credam in Christum filium Dei et baptismum salutis accipiam ac religioni pietatique Christiane toto me animo promitto et filium meum eidem martyri eterno servicio mancipabo. Vix verba impleverat, et ecce omnia ferrea vincula ⟨ab eo⟩ ceciderunt. Quem bis terque comprehensum, rursum repetitis iniuriis, vinculis iniecerunt, sed ab hoc sicut antea vincula et compedes ceciderunt. Cuius domini pro iterato miraculo reverencia usi et graciam Deo exhibentes, eundem liberum abire permittunt. Qui dimissus, continuo sancta fide instructus et baptizatus est et filium, quem voverat, martyri tradens, postea multis annis supervixit.

Sed et alius quidam reus pari modo iussus fuerat in carcerem retrudi, qui sanctum Wenceslaum voce et frequentibus suspiriis, ut sui misereretur, invocans,



zázračná moc Páně jim pro zásluhy svatého Václava pomáhá, nabyli již naděje na spásu, a jsouce jí posilováni, volali nepřetržitě: „Bože, Otče Pána našeho Ježíše Krista, pomoz nám, svým sluhům v tebe důvěřujícím pro zásluhy a modlitby svatého Václava, jenž pro lásku k tobě od bezbožníků byl zavražděn.“ Ihned se ukázala zázračná moc Kristova a jednomu každému z nich spadl obojek, rozlomiv se, s šíje na zemi. A propuštěni byvše ze žaláře chodili po kraji a vypravovali o tom velikému divu božím, který na vlastní oči spatřili.

Když se zpráva o tomto zázraku pro jeho velikost a slávu všude rozšířila, stalo se, že se nějaký uvězněný pohan dověděl, že svatý Václav má převelikou péči o to, aby lidé v žaláři věznění byli vysvobozeni. A slyše to, protože nesmírnou tísní byl sklíčen, učinil slib, řka: „Jestliže mne Bůh svatého Václava a Bůh křesťanů z tohoto neštěstí svou dobrotivostí vytrhne a dřívější důstojnost mi navrátí, uvěřím v Krista Syna božího, křest spásy přijmu a z celé mysli své se zaslíbím náboženství a milosrdenství křesťanskému i syna svého tomu mučedníku do věčné služby odevzdám.“ Sotva domluvil, a ejhle, všechny okovy spadly s něho. A po druhé a po třetí ho chytili a novou křivdu páchajíce, do žaláře ho uvrhli, ale jako před tím, okovy a pouta s něho spadly. A tu jeho páni pro opětovný zázrak zbožnou úctou jsouce naplněni a vděk Bohu činíce, dovolili mu, aby svobodně odešel. Byv tedy propuštěn, ihned se dal ve svaté víře vyučiti a pokřtíti, a když odevzdal mučedníkovi syna, kterého mu zaslíbil, ještě mnoho let potom žil.

Ale ještě nějaký jiný obžalovaný byl stejným způsobem podle rozkazu uvržen do žaláře, a když svatého Václava hlasitě a s hojnými vzdechy vzýval, aby se

sicut et a superiore, ita et ab isto cuncta manicarum et compedum argumenta ceciderunt. Quem increduli comprehendentes, peregrino precio accepto, longinquis nacionibus vendiderunt, nescientes Deum universe terre dominatorem et Domini esse terram et plenitudinem eius, putantes eciam beatum martyrem longe a se positorum preces exaudire non posse. Qui dum deduceretur, meritis beati Wenceslai subito ceciderunt kathene de manibus eius et torques ferrea de collo eius. Illi autem, qui eum emerant, quamvis gentiles forent, cernentes tanta mirabilia Dei, liberum eum abire permittunt.

Post non multum temporis princeps quendam alium in carcerem retrudi iussit. Qui dum frequentibus suspiriis Dominum deprecaretur, dicens: Domine Deus, per merita beati Wenceslai adiuva me-quadam nocte contigit, ut inter ipsas angustias obdormiret. Qui sicut moris est tribulatorum, statim expergescens, vidit se stare extra civitatem in media platea et neque compedes erant in pedibus eius neque torques in collo neque catene in manibus eius invente sunt. Et regressus ad vicarium narravit, quomodo Dei virtute mirabiliter liberatus sit. Vicarius autem agnita Dei virtute et potencia beati martyris in miraculis, reum libertate donavit.

Iterum de novo martyre antiqua miracula vobis pro amore tanti viri astantibus narrare aggrediar.

In civitate Pragensi erat quedam mulier ceca et toto corpore debilis, que veniens ad ecclesiam sancti Viti, prostravit se ante tumbam sancti Wenceslai et tam diu plena fide oravit, donec visum et tocius corporis sanitatem recipere mereretur.



nad ním slitoval, jako předešlému, tak i jemu spadla všechna pouta s rukou i nohou. Ale nevěřice mu, uchopili ho a prodali ho za cizí peníze do daleké země, nevědouce, že Bůh je vládce celého světa a že Hospodinova je země a plnost její, a domnívajíce se také, že blahoslavený mučedník nemůže vyslyšeti modliteb lidí daleko vzdálených. Ale když ho odváděli, pro zásluhy blahoslaveného Václava spadla náhle pouta s rukou jeho a železný obojek s hrdla jeho. Ti pak, kteří ho koupili, ačkoli to pohané byli, spatřivše tak veliký div boží, nechali ho svobodně odejíti.

Po nedlouhém čase kázal kníže vsaditi do žaláře nějakého jiného člověka. A když se tento s hojnými vzdechy k Pánu modlil, řka: „Pane Bože, pro zásluhy blahoslaveného Václava, pomoz mi," stalo se kterési noci, že uprostřed svých úzkostí usnul. A když se náhle vytrhl ze spaní, jak se stává usouženým lidem, viděl, že stojí za hradem na volném prostranství a ani pouta nebyla na jeho nohou, ani obojek na krku, ani okovy na rukou jeho. I vrátiv se k správci vypravoval mu, jak byl mocí boží zázračně vysvobozen. Správce pak poznav zázračnou moc boží a působení blahoslaveného mučedníka v tomto divu, daroval obžalovanému svobodu.

A zase chci vám, kteří z lásky k tak znamenitému muži tu stojíte, o novém mučedníku staré zázraky vypravovati.

V městě Praze byla nějaká žena, slepá a na celém těle ochromená a ta přišedši do kostela svatého Víta, padla na zemi před hrobem svatého Václava a tak dlouho se plna víry modlila, až podle své zásluhy nabyla znovu zraku a zdraví celého těla.

Interea contigit quendam a creditoribus comprehendi et ferreis nexibus coartari, quia feneratoribus, quid redderet, non habebat. Et fortuitu hii, qui eum colligaverant, sub ecclesia, qua corpus beati Wenceslai servatur, ipsum sedere fecerunt. Qui in tali angustia constitutus, manus ferro oneratas ad celum elevans et oculos versus ecclesiam dirigens, sic orabat: Deus, inquit, adiuva me per merita et intercessiones sancti Wenceslai. Dum hec diceret, illico solute sunt manus eius et dimiserunt eum.

Fuit in provincia Francorum vir quidam pedibus debilis, cui in sompnis vir in vestibus albis apparuit, exhortans eum et dicens: Surge et vade in civitatem Pragensem in ecclesiam sancti Viti; ibi requiescit corpus beati Wenceslai martyris et ibi recipies sanitatem. Quo dissimulante, demum eisdem vestibus astans, qui et ante apparuerat, dixit ei: Cur non fecisti iussionem meam et non venisti, ubi recepturus es gressum? Ille vero quasi in excessu mentis evigilans, gratanter dixit: Eo, domine! Et surgens, baculo innixus, venit ad negociatores, qui illuc iter disponebant, et data mercede fecit, ut eorum auxilio usque ad locum predictum perveniret. Et intrans in sanctorum ecclesiam, coram omni populo in pavimento prostratus, longa oracione, meritis sancti Wenceslai ut sui misereretur, Dominum flebiliter exorabat. Et surgens ab oracione, per Dei misericordiam consolidata sunt genua eius, agens gracias Deo et beato Wenceslao, ob cuius merita eum Dominus salvum facere dignatus est.

Harum et huiusmodi virtutum fama et gloria ubique beato martyre diffuso, ceperunt quidam animo instigari, ut reliquias beati corporis acciperent et sibi retinerent ac suis distribuerent. Quidam sane pro bona voluntate et bono animo, ut nomen martyris passim



Jindy se stalo, že nějaký člověk byl jat od svých věřitelů a železnými okovy spoután, protože neměl, čím by půjčovatelům zaplatil. A náhodou ti lidé, kteří ho spoutali, posadili ho pod chrámem, kde je pochováno tělo blahoslaveného Václava. A tu on v takové jsa úzkosti, vztáhl ruce obtížené okovy k nebi a obraceje svůj zrak k chrámu, takto se modlil: „Bože, pomoz mi pro zásluhy a přímluvy svatého Václava.“ Jak to řekl, ihned byly rozvázány ruce jeho, i propustili ho.

Byl v zemi Franské nějaký muž na nohy chromý, jemuž se ve snách zjevil muž v bílém šatě a povzbuzoval ho řka: „Vstaň a jdi do města Prahy, do chrámu svatého Víta; tam odpočívá tělo blahoslaveného Václava mučedníka a tam nabudeš opět zdraví.“ A když on toho nedbal, znovu k němu přistoupil v témž šatě ten, který se mu již dříve zjevil, a řekl jemu: „Proč jsi nevykonal rozkaz můj a proč jsi nešel tam, kde máš opět nabýti chůze.“ Tu on jako u vytržení mysli procitnuv, vděčně řekl: „Jdu, Pane.“ A vstav a o hůl se opíraje, šel ke kupcům, kteří se tam chystali, a zaplativ jim, dosáhl toho, že se s jejich pomocí dostal až do uvedeného místa. A vstoupiv do chrámu svatých, vrhl se před tváří všeho lidu na dlažbu a dlouhou modlitbou s pláčem prosil Pána, aby se nad ním pro zásluhy svatého Václava slitoval. A když vstal od modlitby, milosrdenstvím božím upevněna byla kolena jeho a díky vzdával Bohu a blahoslavenému Václavu, pro jehož zásluhy jej Pán uzdraviti ráčil.

Když se slavná pověst o těchto a podobných zázracích blahoslaveného mučedníka všudy rozšířila, upadli někteří lidé v pokušení, aby se zmocnili ostatků blahoslaveného těla a pro sebe si je ponechali nebo svým přátelům je rozdali. Někteří se ovšem o to

diffunderetur, id agere nitebantur, si qui autem malo animo aut cupiditate idem conabantur, vindicta eos sequens ulta est. Igitur soror eius Pribislawa, quantum humanus oculus potest preiudicare, sub sacro habitu sanctissime vivens, tali se facto commiscuit, habens adiutorium sui operis presbiterum eiusdem ecclesie Stephanum. Sed inclusus quidam iuxta ecclesiam morabatur, cui quasi sanctissimo adherentes, eius consilio pravo id agressi sunt. Quid plura? Condicta nocte veniunt et extrahentes illum, participem sui facti faciunt, effodientes venerabile corpus, nequicie sue inicium sumunt; nam presbiteri eiusdem filius satis irreverenter maxillam sancti viri attrectans, extraxit. Et pallio illud involvunt, reliquumque corporis iterum terra cooperiunt, ipsis vero ex reliquiis pro libitu suo partim sibi retinent, partim suis distribuunt. Sed ulcio eos omnes protinus divina inprovise assequitur. Quod quia rudibus constat factum temporibus plurimisque patet, supervacuum huic opusculo credidi inserendum; hoc solum exaro, quod improvisa et insperata morte preventi, presenti ex luce migrarunt.

Signum quoddam, rudibus quod nunc temporibus Christus, omnipotens Deus, militem per suum dilucidare dignatus est, refero.

Dum in carcere multimoda caterva hominum, quedam reatu suo, quedam vero accusancium obloquio detentaretur et inibi diutissima servaretur custodia, fusis precibus ad Dominum per merita sancti Wenceslai liberari meruit. Ipsius liberis gressibus ⟨obicem⟩ statuere quibusdam infidelibus suadentibus, videlicet quod haut virtute Dei vel sanctorum liberati forent, sed preventus pecunia custos carceris eos pluresque



snažili z dobré vůle a s dobrým úmyslem, aby se jméno mučedníkovo všude rozšířilo, pakli se však o to pokoušeli někteří se zlým úmyslem nebo ze ziskuchtivosti, v zápětí je stihla pomsta. Nuže sestra jeho Přibyslava, jež pod posvátným rouchem řeholnice, pokud lidské oko může usouditi, přesvatě žila, zúčastnila se takového činu, majíc za pomocníka při svém podniku kněze téhož chrámu Štěpána. Ale nějaký inklusus, zazděný poustevník, přebýval vedle chrámu, k němuž lnuli jako k člověku přesvatému a podle jeho špatné rady se toho dopustili. Zkrátka, v smluvenou noc přišli a vytáhnuvše ho ze zazdění, učinili ho účastníkem svého činu. Vykopavše pak velebné tělo, začali se svou darebností. Neboť syn toho kněze uchopil velmi nevážně čelist svatého muže a vytrhl ji. I zavinuli ji do roušky a ostatní tělo zase zahrabali do země. Pro sebe si pak každý z nich podržel část ostatku podle libosti a část rozdali svým přátelům. Ale brzy je všechny postihla nenadálá pomsta boží. Poněvadž se to však stalo, jak známo, v nedávném čase a přemnoha lidem je to povědomo, pokládal jsem za zbytečné, abych vypravování o tom pojal do tohoto dílka. Jen tolik zaznamenávám, že náhlou a nenadálou smrtí překvapeni z tohoto světa odešli.

Nyní chci vypravovati o jednom zázraku, jejž Kristus, Bůh všemohoucí, v nedávném čase skrze bojovníka svého ukázati ráčil.

Když větší počet rozličných lidí byl držen v žaláři, jedni pro své provinění, jiní však pro pomluvy žalobců, a už velmi dlouho byli vězněni, vysílajíce modlitby k Hospodinu, aby pro zásluhy svatého Václava byli vysvobozeni, dosáhli, že byli propuštěni na svobodu. Ale poněvadž někteří lidé nevěřící tomu doporučovali, aby se jim zabránilo svobodně odejíti, protože prý nebyli vysvobozeni zázračnou mocí Boha

alios sepe a vinculis solvisset, iudicio divino examinari iussus est. Igitur multimoda astante plebeica turba ferrum igni positum candescit, custos carceris adductus diiudicatur ferre nuda manu, inposito ruris termino. Ille nil dubitans, verum in sancti fidens merita, candens ferrum ab igne sumpsit longeque e termino gessit, et ni ab aliis prohiberetur, tres fortassis vexisset metas. Hocque facto omne scrupulum a cordibus cunctorum ablatum est dubietatis, laudancium et glorificancium Deum, quod non nisi misericordia sua et intercessione sancti sui martyris Wenceslai vinctos carceris solveret.

Igitur si cuncta beati martyris signa, que Dominus per eum demonstrare dignatus est, stilo comprehendere coner, lux michi ante, quam pagina deficiet. Siquidem omnipotens Dominus ad laudem et gloriam nominis sui, per intercessionem militis et martyris sui eiusdem sancti Wenceslai, quosdam e carcere eximit, plures a vinculis, alios de cladibus vel diversis infirmitatibus eruit, de tribulacionibus et necessitatibus variis et ab inimicis visibilibus et invisibilibus liberat. In bello eciam concertantibus sepe Deus huius sancti supplicacionibus, miraculis laudabilibusque factis sustinet, omnes sanctum Wenceslaum vocantes adiuvat, sicut ipsum non semel neque bis, dum pereat, vivis et claris signis adiuvarat.

Nam urbs quedam, Kurim vocata, populosa dum erat, extollitur atque cum principe, qui inerat, huic sancto resistere moliebatur. Sed dum utraque parte sat cedis factum fuisset, consultum mox omnibus placuit, ut si quis ducum duobus tantummodo dimicantibus victor existeret, ipse preesse deberet. Dum procedunt duces congredi volentes, Kurimensi celestis



a svatých, ale protože podplacený strážce vězení je a ještě mnohé jiné zbavil pout, bylo rozhodnuto, aby byl zkoušen božím soudem. A tak zatím co se sešel veliký zástup rozličného lidu, bylo do ohně vloženo železo a do běla rozžhaveno, a když byl přiveden strážce, uložili mu, aby je v holé ruce nesl až k místu v poli vyznačeném. On nic neváhaje, nýbrž důvěřuje v zásluhy světcovy, vzal železo z ohně a daleko za cíl je nesl, a kdyby mu nebyli ostatní v tom zabránili, snad by s ním byl doběhl třikrát tak daleko. Tím byla každá sebemenší pochybnost vypuzena ze srdcí všech a chválili a oslavovali Boha, že jen pro své milosrdenství a na přímluvu svého mučedníka Václava vězně ze žaláře vysvobodil.

Kdybych se tedy pokoušel obsáhnouti svým perem všechny zázraky blahoslaveného mučedníka, které Hospodin skrze něho ukázati ráčil, dříve by se mi světla denního nedostávalo než stránek knihy. Neboť všemohoucí Hospodin k chvále a slávě jména svého a na přímluvu bojovníka a mučedníka svého svatého Václava některé ze žaláře a mnohé z pout vysvobozuje, jiné z pohrom a všelijakých nemocí vytrhuje a soužení i nesnází rozličných a nepřátel viditelných i neviditelných je zbavuje. Také ve válce bojující často Bůh na prosby tohoto světce zázraky a slavnými skutky podporuje a všem, kteří Václava vzývají, pomáhá, jako i jemu samému, dokud žil, nejednou živými a jasnými znameními ku pomoci přispěl.

Neboť jeden hrad, zvaný Kouřim, tenkrát ještě počtem lidu mocný, povstal a pokoušel se s knížetem, který v něm žil, postavit se na odpor tomuto světci. Ale když bylo na obou stranách dosti lidí pobito, tu se shodli všichni na tom, aby jen oba vévodové spolu zápasili, a kdo z nich zvítězí, ten že bude vládnouti. Když pak vévodové proti sobě postupovali, chtějíce

Deus celestes reserat visiones, sanctum videlicet Wenceslaum ymaginem crucis sancte in fronte nitentem portare. Hec ut vidit, longe abiectis armis, ad pedes ruit, protestabaturque nullum posse tum vincere, dum Deus vellet in tali signo iuvamen ferre. Hunc talia narrantem in pacis oscula dux sanctus sublevat atque ipsum civitatemque sue dicioni pacifice firmat, donans illi civitatem regere, quamdiu viveret ipse. Vere crucem viderat, quia Christum imitabatur, feliciusque pervenit ad regnum, ubi Christus regnat cum Patre et Spiritu sancto in secula seculorum, amen.

se utkati, ukázal nebeský Bůh kouřimskému vévodovi nebeské vidění, jak totiž svatý Václav má na čele zářící podobu svatého kříže. Jakmile to uviděl, odhodil daleko zbraň, vrhl se mu k nohám a prohlašoval, že nikdo nemůže přemoci toho, komu Bůh takovým znamením pomoc přináší. Když to pověděl, pozvedl ho svatý vévoda, aby mu dal políbení míru a upevnil pokojně nad ním i nad jeho krajem své panství, uděliv mu moc, aby spravoval ten kraj, pokud bude živ. Vpravdě kříž uviděl, poněvadž Krista následoval, a přešťastně došel království, kde Kristus kraluje s Otcem a Duchem svatým na věky věků, amen.